

Intolerabilius nihil insipiente beatu. spiritu.
propterea

2375

Oratione fundb. Carol. IV. 45.

Cuius domum frequentius aspicitur,

hujus memoria strictius retinetur.

Clement. una de relig. even. SS.


Sextus Pythagorici.

Sicuti recte in iustis divinus favor arrides; ita
improbè consulta functus sequitur Exipit.

Plat. 6. II. 876.3. Non nocet his dicere, quod bene dicitur.



160.



aug. 1.

FRANCI-
SCI HOTOMA=

NI IVRIS CONSULTI
Legum Romanarum
Index.



Τῆς ἡμετέρας δύλα πάντα γίνεται.

Cum gratia & priuilegio Cæsario in Annos V.
Et Regis Galliarum in Annos XX.

BASILEAE, APVD EPISCOPIVM
Iuniorem, M. D. LVIII.

10

TOVIAKH
= АМОТОН ТОЗ
ІТЛІСОҚІЛІТІ
Еңбекші Амғұл
абыл



Библиотека № 153
Городской публичной библиотеки г. Каменца
имени Н.И. Евреинова

F R A N C I S C V S
H O T O M A N V S L E-
t o r i s.



Per æ pretium esse arbitror, tibi
lector optime, scriptionis huius
ce meæ, consilijq; rationem om-
nem breuiter aperire: quod cum
editione superiore facere præter
missem, sensi meam mihi fraudi
negligentiam fuisse. Cum duobus
ab hinc annis, post argumenta in singulas Pædectarum
& Codicis leges absolute, magnū & laboriosum opus
De uerborum quæ ad ius pertinent significatione, scri-
bere instituissem, & quæ ad illud institutum meum per-
tinerent, undiq; apud Græcos & Latinos scriptores stu-
diose conquirerem, non incommode me facturum putat-
ui, si legum quoq; Romanarum nomina, & breuem a-
liquam significationem earum rerum quas uel iube-
bant, uel uetabant, eo ordine quem in opere uniuerso se-
quebar, colligerem: ut ea suum in locum, hoc est, sub lite-
ram referrentur. Quod idem & in senatuscōsultis, &
in magistratibus, ut in Iurisconsultis factū studiosi ado-
lescentes breui, ut spero, cognoscent. In hoc autem nego-
cio quid officij mei fuerit, facile, ut opinor, qui uis intel-
ligit summam scilicet cuiusq; rei leuiter attingere, & di-
gitos, ut dici solet, ad fontes, hoc est ad auctores ipsos
unde planius intelligi cuncta possent, intendere. Ecce ar-
tus

A 2 tent

E P I S T O L A.

tem dum huic operi incumbo, mihi literæ à Paulo Ma-
nutio afferuntur. Viro non modo eruditione admirabi-
li, sed etiam ingenio planè singulari prædicto, in quibus,
quemadmodum consuetudo nostra fert, propter eius er-
ga me benevolentiam, meumq; erga ipsum studium insti-
tuta, mihi cùm de præstantissimis alijs suis consilijs, tum
etiam de libro de legibus propediem edendo, scribebat.
Qua re cognita, anceps me, ijs de causis quas quiuis sua
pte sponte intelligit, cogitatio suspensum incertumq; te-
nuit: dum amicitiæ nostræ nihil magis consentaneū esse
statui, quām humaniter ei dubitationem meam aperire,
ut si ei uideretur, scriptum illud meum extinguerē, neq;
unquam in manus hominum peruenire sinerem. Respo-
det ille pro sua singulari humanitate comiter, si binon
modò nō ingratum, sed etiam iucundissimū fore, si liber
ederetur. multaq; in hanc sententiam, quæ non tam ex
iudicio, quām benevolentia profecta esse facile intellige-
bam. Ita liber typographo missus, festinanter, instante
nimirum Fræcfordiensi mercatu, impressus, eoq; depor-
tatus, præstantissimum Pauli Manutij & insigne opus,
ijsdem in comitijs honores iam omnes sic assecutū offen-
dit, ut huic tamen nostro gratiæ non nihil relinqueret.
Sic enim à plerisq; exceptus est, ut nulla propemodum
exempla in alterum mercatū typographo superessent,
nonnulliq; de illo imprimendo librarioli consilium ini-
rent. **Qua** de cauſa faciendum iam putavi, ut alteram
eiusdem libri editionem his nundinis adornarem: quam
tum ex diuturniore ueterum auctorum obseruatione,
tum uero ex Manutiani libri lectione iucundissima me-
liorem

E P I S T O L A.

liorem aliquanto fore mihi quidem persuadeo . tametsi
si quid adhuc in ea desiderabitur (multa autem eiusmo=
di fore , non mediocriter pertimesco) peto ab æquis le=
ctoribus, primum ut instituti mei quod superius expo=
sui, consilijq; rationem meminerint : deinde ut cogitent
uel me inuito atq; ignorante superiorem editionem re=
nouari à quibusdam typographis potuisse : illud quoq;
petere non uerebor, ut aliqua huiuscæ culpæ pars occu=
pationibus ijs tribuatur, quibus in multo maioribus, et,
ut spero, melioribus libris edendis dies iam & noctes di
stineor: quorum nomina & inscriptiones, ne quid à me
temporis cauſa fungi uideatur, infrà subscribam. Vale
lector optime, & salue.

Iurisconsultus , siue de optimo genere iuris interpre
tandi.

Commentarius in libros quatuor Institutionū iuris.

Commentarius de Verbis iuris.

Commentarius in aliquot Ciceronis orationes.

Commentarius in leges XII.tabularum.

De legis actionibus, & formulis antiquis.

Elementa antiquitatum Romanarum.

Observationum in Pandectas libri IIII.

A 3

A 10 12198

INDEX RERVM,

DE QVIBVS QVAE QVE
lex lata est. Demonstrat autem quot,
quæc̄ leges perlatæ sint. Nam R O G A-
T I O N E S omnes, quæ perlatæ
non sunt, omisimus.

A



E Adulterijs, Iulia	Agraria Cornelia	20
43	Agraria Flaminia	30
de Aedilibus, Furia	Agraria Iulia	38
de Aere alieno, Valeria	Agraria Licinia	49
93	Agraria Plotia	68
de Aere alieno, Sulpitia	Agraria Titia	89
86	Agraria Thoria	89
de Aere alieno Sempronia	de Alea, Titia, Talaria, Cornelia, Publicia	87
81	de Ambitu leges	98
Agraria Seruilia	de Ambitu, Calpurnia	11
Agraria Sempronina	de Ambitu, Cornelia Baebia	18
Agraria Liuia	de Ambitu, Fabia	27
Agraria lex paulò post C. Gracchi necem lata	de Ambitu, Iulia	41
99	de Ambitu, Pinaria	66
Agraria Appuleia	de Ambitu, prima Poetelia	68
Agraria Cassia	de Ambitu, Tullia	91
	Annae	

INDEX

- | | | | |
|-----------------------------------|-----|---------------------------------------|----|
| <i>Annalis Villia</i> | 96 | <i>tia</i> | 35 |
| <i>Annaria lex</i> | 5 | <i>de Carminibus infamibus</i> | |
| <i>de Annona, Clodia</i> | 14 | <i>pag.</i> | 98 |
| <i>de Auctoritate patrum,</i> | | <i>de Censorib. Clodia</i> | 16 |
| <i>Menia</i> | 59 | <i>de Censoribus, Cæcilia</i> | 10 |
| <i>de Auctoritate patrū, Cu-</i> | | <i>de Censura, Aemylia</i> | 4 |
| <i>ria</i> | 25 | <i>de Cessione bonorum, Iu-</i> | |
| <i>de Auentino, Acilia</i> | 36 | <i>lia</i> | 45 |
| B | | | |
| <i>de Bello Antiochi, Corne-</i> | | <i>Cibaria, Aemilia</i> | 4 |
| <i>lia</i> | 18 | <i>de Ciuitate, Gellia & Cor-</i> | |
| <i>de Bello Macedonico, Sul-</i> | | <i>nelia</i> | 33 |
| <i>pitia</i> | 87 | <i>de Ciuitate, Calpurnia</i> | 12 |
| <i>de Bello Mithridatico,</i> | | <i>de Ciuitate, Iulia</i> | 45 |
| <i>Manilia</i> | 55 | <i>de Ciuitate, Pappia</i> | 62 |
| <i>de Bello Mithridatico,</i> | | <i>de Ciuitate, Plautia Papi-</i> | |
| <i>Sulpitia</i> | 87 | <i>ria</i> | 67 |
| <i>de Bello Persei, Licinia,</i> | | <i>de Ciuitate, Mensia</i> | 59 |
| <i>Cassia</i> | 51 | <i>de Ciuitate Romana</i> | 99 |
| C | | | |
| <i>Castrensis lex</i> | 101 | <i>de Ciuitate, Seruilia</i> | 85 |
| <i>de C. Mario, Cornelia</i> | 19 | <i>de Clauo pangendo, Ge-</i> | |
| <i>de C. Mario, Manlia</i> | 56 | <i>nutia, Aemilia</i> | 34 |
| <i>de C. Seruilio</i> | 99 | <i>de Cn. Pompeio, Ampia,</i> | |
| <i>Caducaria, Iulia</i> | 43 | <i>Lambiena</i> | 5 |
| <i>de Cæsare, Trebonia</i> | 90 | <i>de Coitionib. Duilia, Mes-</i> | |
| <i>de Cæsaris prouincijs, Va-</i> | | <i>nenia</i> | 27 |
| <i>tinia</i> | 95 | <i>de Collegijs, Clodia</i> | 16 |
| <i>de Caia Tarratia, Hora-</i> | | <i>de Colonia Nouicomi,</i> | |
| A | | | |
| | | <i>Claudia</i> | 17 |
| | | <i>de Colonijjs, Appuleia</i> | 6 |
| | | <i>de</i> | |
| | 4 | | |

L E G V M R.

<i>de Colonijs deducēdis, Li-</i>	<i>leria</i>	94
<i>uia</i>		52
<i>de Colonijs deducendis,</i>	<i>de Dictatura, Antonia</i>	5
<i>Liua</i>	<i>de Dictatore</i>	99
<i>de Colonijs deducendis,</i>	<i>de Donis & muneribus,</i>	
<i>Acilia</i>	<i>Cincia</i>	13
<i>de colonijs deducendis,</i>	<i>de Donis & muneribus,</i>	
<i>Aelia</i>	<i>Titia</i>	89
<i>de Colonijs, Iulia</i>	<i>de Duuumuiris naualibus,</i>	
39	<i>Decia</i>	26
<i>de Colonijs deducendis,</i>	<i>de Duodecim tabulis, De-</i>	
<i>Sempronia</i>	<i>cemuirales</i>	26
<i>Commissoria lex</i>	E	
<i>de Comitijs, Aelia</i>	<i>de Exilibus, Plotia</i>	67
2	F	
<i>de Comitijs, Claudia</i>	<i>Fabia lex</i>	28
17	<i>de Falso, Cornelia</i>	23
<i>de Comitijs, Clodia</i>	<i>de Fœnore, Claudia</i>	17
14	<i>de Fœnore, Duilia Mene-</i>	
<i>de Comitijs, Fusia</i>	<i>nia</i>	27
31	<i>de Fœnore, Genutia</i>	34
<i>de Comitijs, Fusia</i>	<i>de Fœnore, Iulia</i>	39
31	<i>de Fœnore, Licinia</i>	49
<i>de Comitijs</i>	<i>Fœnoris semunciarij lex</i>	
99	<i>pag.</i>	98
<i>de Comitijs</i>	<i>Frumentaria, Liua</i>	53
100	<i>Frumentaria, Sempronia</i>	
<i>de Consecratione, Papiria</i>	<i>pag.</i>	84
<i>pag.</i>	<i>Frumentaria, Terentia</i>	
<i>Curiata lex</i>	<i>Cassia</i>	88
25	<i>de</i>	
D		
<i>de Damno à canib. illato,</i>		
<i>Pesulania</i>		
64		
<i>de Damno iniuria dato,</i>		
<i>Aquila</i>		
7		
<i>de Dedititijs, Atilia</i>		
8		
<i>de Defectione militū, Va-</i>		

I N D E X

- | | | |
|----------------------------|----|-----------------------------|
| de Fullonibus, Cæcilia | 10 | de Iure Campanorum, Fu- |
| de Furtis, Hostilia | 36 | ria |
| H | | 30 |
| de Hæredum institutione, | | de Iure ciuitatis, Porcia |
| Vellea | 47 | pag. |
| I | | 72 |
| de Iactu, Rhodia | 76 | de Iure ciuitatis, Sempro- |
| de Incestu, Peducea | 64 | nia |
| de Iniurijs, Cornelia | 22 | 83 |
| de Intercessione, Clodia | | de Iure ciuitatis, Seruilia |
| pag. | 15 | pag. |
| de Iis qui legibus soluun- | | 85 |
| tur, Cornelia | 24 | de Iure ciuitatis, Pappia |
| Judiciaria, Antonia | 5 | pag. |
| Judiciaria, Aurelia | 9 | 72 |
| Judiciaria, Cornelia | 19 | de Iure ciuitatis, Sulpitia |
| Judiciaria, Iulia | 38 | pag. |
| Judiciaria, Liuia | 53 | 86 |
| Judiciaria, Plautia | 66 | de Iure ciuitatis, Valeria |
| Judiciaria, Pompeia | 69 | pag. |
| Judiciaria, Pompeia | 71 | 94 |
| Judiciaria, Sempronia | 82 | de Iure patronatus, Pap- |
| Judiciaria, Seruilia | 85 | pia |
| de Iudicijs, Iulia | 42 | 63 |
| de Iure dicundo, Plætoria | | de Iure Siculorum, Rupi- |
| pag. | 67 | lia |
| de Iugurtha Romam euo- | | 77 |
| cando, Memmia | 58 | de Iure suffragij, Valeria |
| Iunia Vellealex | 96 | pag. |
| | | 95 |
| | | de Iurisdictione Prætorū, |
| | | Cornelia |
| | | 24 |
| | | L |
| de Legationibus liberis, | | de Legationibus liberis, |
| Tullia | | Tullia |
| de Legibus Consularis im- | | 91 |
| perij, Terentia | | de Legibus Consularis im- |
| de Legibus, Aebutia | 2 | perij, Terentia |
| de Legibus, Cæcilia Di- | | 88 |
| Alex | | de Legibus, Aebutia |
| | | 2 |
| | | de Legibus, Cæcilia Dia- |
| | | 5 |

L E G V M . R.

dia	10	M
de Legibus, Iunia Licinia		de Magistratib. Bithynio
pag. 47		rum, Pompeia 71
de Legibus, Licinia Iunia		de Magistratibus Cornex
pag. 52		lia 20
de Legibus & Cesaribus,		de Magistratib. Cornelias
Publilia 73		pag. 21
de Legibus Cesaris, Iulia		de Magistratibus, Duilia
pag. 39		pag. 27
de Legumlatorib. Licinia		de Magistratib. Genutia
Aebutia 52		pag. 34
de Liberali caussa, Clodia		de Magistratibus sacro-
pag. 13		sanc <i>tis</i> , Horatia 35
de Libertate, Iunia Petronia	48	de Magistratibus e plebe
		creandis, Licinia 49
de Libertinis, Iunia Nor-		de Magistratibus, Mar-
bana 47		tia 56
de Libertinis, Viscellia		de Magistratib. Plebeijis,
pag. 96		Publilia 72
de Limitib. Cornelia 25		de Magistratibus, Pom-
de Limitibus, Iulia 45		peia 71
de Limitibus, Sempronia		de Magistratibus, Sextia
pag. 84		pag. 86
de Ludis Apollinaribus,		de Magistratib. Sempro-
Licinia 50		nia 82
de Lusu Cornelia 24		Maiestatis, Appuleia 6
de Lusu, Publicia 72		Maiestatis, Cornelia 21
de Lusu, Titia 88		Maiestatis, Iulia 40
		Maiestatis, Varia 95
		Mania

INDEX

<i>Mania lex</i>	55	<i>gia</i>	76
<i>de Manumissionibus, Iu=</i>		<i>de Mulierum hæreditati=</i>	
<i>lia</i>	44	<i>bus, Voconia</i>	97
<i>de Manumissionib. Aelia</i>		<i>de Multa, Ateria Tarpeia</i>	
<i>Sentia</i>	3	<i>pag.</i>	8
<i>de Manumissione, Furia</i>		<i>de Multa, Tarpeia</i>	88
<i>Caninia</i>	32	<i>de Multa, Menenia Sextia</i>	
<i>de M. Tullio, Clodia</i>	15	<i>pag.</i>	58
<i>de M. Tullio Cicerone,</i>		<i>de Multarum estimatione</i>	
<i>Cornelia</i>	24	<i>Papiria Iulia</i>	61
<i>de Matronarū cultu, Op=</i>		<i>de Municipijs, Corneliat</i>	
<i>pia</i>	60	<i>pag.</i>	20
<i>de Maritandis ordinibus,</i>		<i>Muneralis lex</i>	59
<i>Iulia</i>	41		N
<i>de Maritandis ordinibus,</i>		<i>de Natali urbis, Corneliat</i>	
<i>Pappia, Poppaea</i>	62	<i>pag.</i>	24
<i>de Mense Julio, Antonia</i>		<i>de Nexus, Pœtilia Papiria</i>	
<i>pag.</i>	6	<i>pag.</i>	68
<i>de Mense Augusto, Pacu=</i>		<i>de Nocturnis cœtibus, Ga</i>	
<i>nia</i>	61	<i>binia</i>	32
<i>de Metello, Appuleia</i>	7	<i>de Numero conuiuarum,</i>	
<i>de Metello reuocādo, Cal</i>		<i>Orchia</i>	60
<i>lidia</i>	11	<i>de Nundinis, Hortēsia</i>	35
<i>de Minoribus, Lætoria</i>			O
<i>pag.</i>	48	<i>Optimalex</i>	60
<i>de Militia lex</i>	98		P
<i>de Militia lex</i>	101	<i>Paganalex</i>	61
<i>Minutia lex</i>	59	<i>de Pace Carthaginensiū,</i>	
<i>de Mortuo inferendo, Re</i>		<i>Acilia, Minutia</i>	1
		<i>de</i>	

L E G V M R.

de Pace Macedonica,		de Pompeio , Trebonia
Marcia Atinia	56	pag. 90
de Parricidijs , Pompeia		de Pompeianis, Hircia 35
pag.	69	de Prætoribus, Bæbia 10
de Patrum connubijs, Ca-		de Proscriptis, Valeria
nuleia	12	pag. 94
de Patritijs, Cornelia	18	de Prouincijs , Cornelia
de Pauli triumpho, Cassia		pag. 21
pag.	13	de Prouincijs, Clodia 15
Peculatus, Julia	44	de Prouincijs, Julia 37
de Peculatu, Petillia	65	de Prouincijs, Julia 39
de Pecunijs ob rem iudi-		de Prouincijs , Pompeia
candam captis, Pom-		pag. 69
peia	71	de Prouincijs decernēdis,
de Peregrinis, Licinia &		Sempronia 84
Mutia	51	de Prouocatione & liber
de Peregrinis, Petronia		tate populi, Valeria
pag.	65	pag. 92
de Peſſinūtio sacerdotio,		de Prouocatione, Valeria
Clodia	16	pag. 93
de Piratis persequendis,		de Prouocatione, Valeria
Gabinia	33	ibidem
de Plagiarijs, Fabia	27	de Pueris impudicis, Scati
de Plebiscitis, Horatia Va-		nia 80
leria	35	Q
de Plebiscitis, Hortensia		de Quæstoribus, Corne-
pag.	36	lia 21
Pletoria lex	67	de Quæstoribus, lex pa-
Plotia Flavia	67	gina 101
		de

INDEX

R	pag.	§§
de Regio & Consulari im perio, Iunia	46	de Repetundis, Vatinia
de Regis Attali hæredita= te, Sempronia	81	pag. 96
de Regno Cypri, Clodia		S
pag.	16	de Sacerdotijs, rogatio Li= cinia 52
de Reis postulandis, Mem= mia	58	de Sacerdotijs, Sextia Li= cinia 86
Remnia lex	76	de Sacerdotijs, Romuleia
de Re militari, Sempro= nia	83	pag. 77
de Re nummaria, Claudia		de Sacerdotijs, Atia 8
pag.	17	de Sacerdotijs, Cornelia
de Re nummaria, Papiria		pag. 21
pag.	61	de Sacerdotijs, Domitia
de Re nummaria, Liuia		pag. 26
pag.	52	de Sacerdotijs, Iulia 38
de Re nummaria, Maria		de Sacerdotijs, Iulia 39
pag.	57	de Sacerdotijs, Labiena
Repetundarum, Acilia	1	pag. 48
Repetundarum, Cæcilia		de Sacerdotijs, Mælia 56
pag.	11	de Sacerdotijs, Ogulnia
Repetundarum, Calpur= nia	ibid.	pag. 59
Repetundarum, Cornelia		de Sacerdotijs, Antonia
pag.	19	pag. 6
Repetundarum, Iulia	38	Sacratæ leges 78
Repetundarum, Seruilia		Sacra militaris ibid.

L E G V M R.

ne,Claudia	14	Sulpitia	86
de Senatu,Cassia	12	Sumptuaria,Antia	5
de Senatu supplendo,Cas sia	13	Sumptuaria,Cornelia pa gina	20
de Senatu habendo,Gabi nia	33	Sumptuaria,Didia	26
de Senatu habendo,Pu pia	73	Sumptuaria,Fannia	30
de Senatu supplendo,Sen tia	84	Sumptuaria,Iulia	44
de Senatorum nauibus, Claudia	14	Sumptuaria,Licinia	50
de Senatorib. à Iugurtha corruptis,Mamilla pag.	55	de Suffragijs,Cælia	11
de Seruis,Petronia	65	de Suffragijs,Cassia	12
de Sicarijs,& ueneficis, Cornelia	22	de Suffragijs,Gabinia	32
de Socijs ac nominis Lati ni,Claudia	17	de Suffragijs,Maria	57
de Socijs Latini nominis, Liua	52	de Suffragijs,Papiria	61
de Socijs,Liua	54	de Suffragijs,Sempronia pag.	83
de Sodalitijs,Licinia pa gina	51	de Syllæ dictatura,Vale ria	93
de Socijs,Pappia	62	T	
de Statellis,Martia	57	de Templis & aris Sulp itia Sempronia	87
de Sumptib.funerum,Cor nelia	20	Theatralis,Iulia	44
		Theatralis,Roscia	77
		de Terminis,Alliena	4
		de Terminis,Fabia	28
		de Terminis Fauia, uide Fabia	
		de Terminis,Mamilia	54
		de Terminis,Peducea	64
		de Terminis,Roscia	77
		de	

I N D E X

<i>de Testamentis, Cornelia</i>	<i>de Tribunis plebis, Icilia</i>
pag. 23	pag. 37
<i>de Testamentis, Furia</i> 31	<i>de Tribunis plebis, Pom=</i>
<i>de Testamentis, Iulia Mi=</i>	<i>peia</i> 68
<i>scella</i> 46	<i>de Trib. pleb. Lex</i> 102
<i>de Testamentis, Falcidia</i>	<i>de Triumpho, Maria Por</i>
pag. 29	<i>cia</i> 57
<i>de Testamentis, Glitia</i> 34	<i>de Triumpho lex</i> 102
<i>Tribunitia lex</i> 90	<i>de Triūuiratu quinquen=</i>
<i>Tribunitia lex à quo sic</i>	<i>nali, Titia</i> 88
<i>nominatur</i> 91	<i>de Tusculanis, Flavia</i> 30
<i>de Tribunis militum, Ru=</i>	<i>de Tutelis, Atilia</i> 9
<i>tilia</i> 77	<i>de Tutelis, Claudia</i> 18
<i>de Tribunis militum, Ati=</i>	<i>de Tutoribus, Iulia Ti=</i>
<i>lia Martia</i> 8	<i>tia</i> 45
<i>de Tribunis militum, Lici</i>	V
<i>nia Cassia</i> 51	<i>de Vacacione lex</i> 102
<i>de Tribunis plebis, Sacra</i>	<i>de Vectigalibus, Liuia</i>
<i>ta Iunia</i> 78	pag. 52
<i>de Tribunis Plebis, Iunia,</i>	<i>Venaliū uendendorum,</i>
<i>uide Sacrata Iunia</i>	<i>leges Manilie</i> 55
<i>de Tribunis plebis, Ati=</i>	<i>de Vestalis capiendæ ritu,</i>
<i>nia</i> 9	<i>Pappia</i> 62
<i>de Tribun. plebis. Trebo=</i>	<i>de Vestalis capiendæ ritu,</i>
<i>nia</i> 90	<i>Popilia</i> 72
<i>de Tribunis plebis, Aure=</i>	<i>de Veneno, Iulia</i> 44
<i>lia</i> 9	<i>Viaria, Scribonia</i> pa=
<i>de Tribunis pleb. Corne=</i>	<i>gina</i> 81
<i>lia</i> 21	<i>de Vi Clodia</i> 15
	de

LEGVM R.

de Vi publica & priuata,	pag.	83
Iulia	40	
de Vi publica, Lutatia pa-		
gina	54	
de Vi publica, Plautia	66	
de Vi & de ambitu, Pōpe-		
ia	69	
de Vi, Pedia	64	
de Vicesima, Iulia	42	
de Vicesima, Manlia	56	
de Vijs Italiz, Sempronia		
	pag.	73
de Vsucaptionibus, Ati-		
nia	9	
de Vsucaptionibus, Iulia		
Plautia	46	
de Vsucaptionibus, Scribo-		
nia	81	
de Vsuris, Gabinia	33	
Vnciaria lex	97	
de Vnius imperio, Regis		
	pag.	

SOLEGVM ROMA=

NARVM ACCOMMODA-

ta ad literarum ordinem

enumeratio.

A



CILIA Minutia de pace Carthaginensium. Tulere M^o Aci-
lius, & Qu. Minutius Tribuni pleb.
Cornelio, Aelio COSS. Anno ab ura-
be condita DLII. Velléntne iuberent
ne senatum decernere, ut cum Car-
thaginensibus pax fieret? & quem eam pacem dare,
quemq; ex Africa exercitus deportare iuberent? De pa-
ce, uti rogas, omnes tribus iusserunt: pacem dare, P. Sci-
pionem, eundem exercitus deportare. Liuius lib. 30.

Acilia de colonijs deducendis. Tulit C. Acilius Tribunus pleb. Cornelio, Minutio COSS. Anno ab V. C. DLVI. Ut quinq; coloniae in orā maritimam
deducerentur: duæ ad hostia fluminum Vultureni, Liter-
niq;: una Puteolos, una ad Castrum Salerni. his Buxen-
tum adiectum: tricenæ familiæ in singulas familias iube-
bantur mitti. Liuius lib. 32.

Acilia repetundarum. Tulit M. Acilius Glau-
brio. Ut repetundarum causa una actione absoluueretur.
id est, ut neq; reum comperendinari, neq; caussam am-
pliari liceret. Cic. Verr. 2. & 3. et in secundā Asconius.

a

Aebutia

Aebutia de legibus. Tulit Aebutius Trib. pl. Ut duodecim Tab. capita quæ Reip. propter antiquitatem obsoletasq; res inutilia essent, abrogarentur: sola Legis actiones Centumuiralium causarum manerent. Gellius lib. 16. cap. 10.

Aebutia Licinia. Vide Licinia Aebutia.

Aelia de colonijs deducendis. Tulit Q. Aelius Tubero Tribunus plebis, Cornelio, Sempronio COSS. Anno DLVIII. Ut Latinæ duæ coloniæ, una in Brutios, altera in Thurinum agrum deduceretur. Livius libro 34.

Aelia de comitijs. Tulit Q. Aelius COS. cum M. Junio, Anno DXXCVI. Ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo seruarent, magistratus & obnunciandi, id est denunciandi agi per Iouem non licere, & legislationi intercedendi potestatem haberent. Nam quum lex ferretur, Augures de cœlo seruabant: magistratus, si quid obseruatum erat, quo impediri comitia possent, nunciabant. Cicero in Pisoniana, ubi centum ante Pisonis & Gabinijs consulatum annis latam hanc fuisse legem scribit, oratoriè & suo more. Mentio est apud omnes frequentissima.

Aelia Sanctia quæ nominatur in Topicis Ciceronis, inducenda est auctoriibus antiquis libris, sententijs ipsa & historiæ ueritate postulante. idq; iampridem interpretum nonnulli docuerunt.

Aelia

I N D E X

3

Aelia Sentia de manumissionibus. Tule= re Sex. Aelius, C. Sentius COSS. Anno DCCLVI. vt qui serui poenæ causa uincti à domino quibüsue iniustæ notæ fuerant, quiue propter noxam torti, nocentesue inuenti, quiue traditi ut ferro aut cum bestijs depugna= rent, quiue in custodia fuissent, ij si manumitterentur non ciues Rom. sed dedititorum numero essent: id est ut neq; connubium, neq; commercium, neq; testamenti fa= ctionem haberent. ut minorem triginta annorum ser= uum uindicta aut testamento, nisi causa apud consilium probata, manumittere non liceret. Ne dominus annis u= ginti minor, seruum nisi causa apud consilium probata manumitteret. Ut seruus ab eo domino qui soluēdo non est, testamento liber esse iussus, & hæres institutus, & si minor sit triginta annis, uel in ea caussa sit ut dedititus fieri debeat, ciuis Romanus & hæres sit, si tamen aliis ex eo testamento nemo hæres sit. Quòd si duo pluresue liberi hæredesue esse iussi sunt, primo loco scriptus li= ber & hæres sit. Ut si patronus libertum in opem non aluerit, primum libertatis caussa impositis tam ipse, quam is ad quem ea res pertinebit, multetur: Dein i= ipsius hæreditate, tum ipse tum ipsius liberi priuentur, nisi hæres institutus sit. postrem à bonorum posseſſio= ne remoueatur, præterquam secundum tabulas.

Ne dominus in manumittendo seruo seruauue legem ei de contrahendo matrimonio, quæ ciuis R. liberta= tem immiuat, imponat. si secus faxit, ad eius legitimam hæreditatem ne admittatur. Vlpianus & Iusti= nianus in Institut. Item Julianus l. qui soluendo 42:

a 2 Paulus

4

L E G V M R.

Paulus l. si is qui, 55. l. si is qui, 57. l. qui soluendo, 60.
 l. si non lex, 83. D. de hæredibus instit. l. sciendum, 70.
 D. de uerborum significat. l. 1. C. qui manum. non poß.
 l. 3. §. 2. D. de suis & legit. l. si patronus, 33. D. de bon.
 libert.

Aemilia cibaria. Tulit M. Aemilius Lepidus
 C O S. cum Q. Lutatio Catulo, Anno DCLXXV.
 Hac non sumptus cœnarum, sed ciborum genus & mo-
 dus præfinitus est. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrob. Sa-
 turn. lib. 3. cap. 17.

Aemilia de censura. Tulit Mam. Aemilius Di-
 etator, Anno CCCXX. Ne censura quæ usq; eò quin
 quennalis fuerat, plusquam annua ac semestris esset. Li-
 uius libro quarto, & 9.

Alliena de terminis. Tulit. Eius hoc
 caput legitur in libro De agrorum conditionibus ualde
 corruptum, sed ex Roscia, quam suo loco describemus,
 sic castigauimus: Quæ colonia hac lege deducta, quód=
 ue municipium constitutum erit, qui limites decumani,
 quæcunq; fossæ in eo agro erunt, qui ager hac lege da=
 tus assignatus erit, ne quis eos limites decumanos, obsea=
 pito, néue quod in eis immolitum, néue quid ibi posi=
 tum habeto, néue eos arato, néue eas fossas obturato, né=
 ue quis sepito, quomodo suo itinere aqua ire fluere pos=
 sit. Si quis aduersus ea quid fecerit, in res singulas quo=
 tiescunq; fecerit, # IIII. colonis, municipibꝫue ijs im=
 quorum

I N D E X

5

quorum agro id factum erit, dare damnas esto: pecunie
qui uolet petitio hac lege esto.

Ampia Labiena de Cn.Pompeio. Tulere
T.Ampius, T.Labienus Tribuni pleb. Metello, Afranio
COSS. Anno DCXCIII. Ut Cn.Pompeius uictor ex
Asia ludis Circensibus corona aurea & omni cultu tri-
umphantium uteretur, scenicis autem prætexta coro-
naq; aurea. Velleius lib. 2.

**Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiun-
tur anni magistratus capiendi. Festus. Vide Villia.**

Antia sumptuaria. Tulit Antius Restio. De
sumptu in conuiuia. &, Ut qui magistratus esset, magi-
stratumue capturus esset, ne quo ad cœnam nisi ad cer-
tas personas itaret. Gellius lib. 2. cap. 2 q. Macrobius
libro tertio, cap. 17.

Antistia de Satricanis. Tulit M. Antistius Tri-
bun. pleb. Foslio (ut opinor) & Plautio COSS. Anno
DCXXXV. Vti Senatui de Satricanis ciuibus Ro. sen-
tentiæ ferendæ ius esset. Liuius libro 26.

Antonia iudiciaria. Tulit M. Antonius COS.
cum C.Iulio, Anno DCCIX. Ut tertia iudicum decuria,
è centurionibus, antesignanis, alaudis, manipularibus,
fieret. Cicero Philipp. I. & 5.

Antonia de Dictatura. Tulit idem Triumvir

4 3

R.P.C.

R.P.C. Ne quis ullam ob causam de Dictatore creando referret, néue Dictaturam oblatam acciperet. qui secus faxit, eum ut necare ius fasq; esset. Appianus Emphyl. 3.

Antonia de nomine mensis Iulij. Tulit idem. Ut qui mensis antea Quintilis uocabatur, quod à Martio qui priscis temporibus primus fuerat, quintus esset: is à C. Iulij Cæsaris nomine Iulius deinceps dicitur: quod hoc mense ad quartum Idus Quintil. Iulius natus esset. Macrob. lib. Sat. 2. cap. 12.

Antonia de sacerdotijs. Tulit idem. Ut ius cooptandorum sacerdotum à populo ad illorum collegium iterum transferretur. Dio lib. 37.

Appuleia de colonijs. Tulit L. Appuleius Saturninus Trib. pleb. C. Mario V I. L. Valerio CO S S. Anno DCLIII. Ut in singulas colonias ternos ciues Rom. C. Marius facere posset. Cicero Pro Balbo.

Appuleia agraria. Tulit idem, eodem anno, Ut quem agrum C. Marius COS. in Gallia pulsis Cimbbris, in ditionem populi R. redegisset, is populo R. diuidetur, & si ita lex sciuisse, intra diem quintum à singulis senatoribus in eam iuraretur: qui non iurasset, ei multa pœna esset. Appian. lib. De bellis ciuil. I.

Appuleia maiestatis. Tulit idem. Meminit Ci cero lib. De oratore secundo, ubi de caussa Norbani loquitur

quitur, quem maiestatis Appuleia lege postulatum defendit Antonius.

Appuleia de Metello. Tulit idem. Vti Qu. Metello Numidico Consuli quod legi ipsius Agrariæ quæ intra quintum diem iurari in eam iubebat, non præruisset, aqua & igni interdiceretur. Appian. lib. De bello ciuil. i. Cicero pro Sextio, & alibi.

Aquilia de damno iniuria dato. Tulit C. Aquilius Gallus, Trib. plebis: uti scribit Vlpian. l. i. D. ad leg. Aquil. ex quo Plebiscitū uerius appellatur. Eius tria capita fuere, quorum primum & tertium his extat uerbis. Qui seruum seruāmūe, alienum alienāmūe quā drupedēmūe pecudem iniuria occiderit: quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto. Ceterarum rerum præter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto. Aduersus insciantem in duplum actio esto. Non dubitaui autem **QVADRUPEDEMVE PECVDEM** pro Vel restituere: quod mendum mirum est, tam multorum eruditiorū oculos aspectumq; fugisse. Hanc autem puto esse legem de qua Cicero in Bruto sic loquitur, Atq; eodem tempore accusator de plebe L. Cæstilænus fuit, quē ego audiui iam senem, quum ab L. Sabelio multam lege **AQUILIA DE IUSTITIA** petiuisset. Opinor enim legendum **DAMNI INVRIA:** qua de formula diximus in Orat. pro Comœdo. & multam intelligi, quanti plurimi æstimationem.

S

L E G V M R.

Ateria Tarpeia, de multa. Tulere Sp. Tarpeius, A. Aterius COSS. Anno CCXCVIII. Ut omnibus magistratibus multæ dicendæ ius esset: quum antea solis Consulibus id liceret: ita tamen ne uel duos boves, uel triginta oves excederent. Ut quum multa pecoris armentiq; à magistratibus diceretur, bos centuſis, ovis decuſis æstimaretur. Dionys. lib. 10. Gellius lib. 2. cap. 1. & Festus lib. 14. in uoce Peculatus.

Atia de sacerdotijs. Tulit T. Atius Labienus Trib. pleb. L. Julio, C. Marcio COSS. Anno DCXXC IX. Ut populus sacerdotia (quemadmodum olim lege Domitia) mandaret, quum antea sacerdotes lege Cornelia à Pontificum collegio crearentur. Dio lib. 37.

Atilia de dedititijs. Tulit L. Atilius Trib. pleb. Claudio, Valerio COSS. Anno DXLIIL Omnes Campani, Attellani, Calatini, Sabatini, qui se dediderunt in arbitriū ditionemq; populi R. Fulvio Proconsuli, quæq; unà secum dediderunt, agrum urbemq; diuina humanaq; utensiliaq; siue quid aliud dediderunt: de his rebus quid fieri uelitis, uos rogo Quirites. Plebs sic iussit, Quod Senatus maxima pars censeat, qui assidetis, id uolumus iubemusq;. Hæc Livius lib. 26.

Atilia Martia de Trib. militum. Tulere L. Aelius, C. Martius Tribun. pleb. Iunio Aemilio COS. Anno CDXLIL Ut Tribuni militum seni deni in quatuor legiones à populo crearentur. Quæ antea, perquam

I N D E X

9

perquam paucis suffragio populi relictis locis, Die
ctatorum & Consulum fermè fuerant beneficia. Li-
uius libro 9.

Attilia de tutelis. Tulit. Ut mulieribus
pupillisue tutores non habentibus, à Prætore & ma-
iore Tribunorum pleb. parte darentur. Vlpian. capi-
te Instit. 12. Imperator, De Atiliano tute. Liuius
libro 39.

Atinia de usucaptionibus. Tulit. Ut
quod surreptum esset, cius rei æterna auctoritas esset,
nisi si in eius cui surreptum esset, potestatem reuertisset.
Gell.lib. 17.cap. 7. Paulus l. 4. §. 4.D. De usurpat. Iu-
lianu l. 33.eiusd.tit. Cicero Verr. 3.

Atinia de Trib.pleb. Tulit. Ut qui Tri-
bunus pl. esset, idem senator esset: dicendæq; in senatu
sententiæ ius haberet. Gell.lib. 14. cap. ult.

Aurelia de Tribunis pleb. Tulit C. Aure-
lius Cotta COS. cum L. Octauio Anno DCLXXVIII.
Ut Tribunis pleb. liceret postea alios magistratus cape-
re: quod lege Sullæ ijs erat ademptum. Pedianus. Verri-
na I. Liuius lib. 97. Velleius lib. 2.

Aurelia iudiciaria. Tulit C. Aurelius Cotta
Prætor, M. Crasso, Cn. Pompeio primum COSS. Anno
DCLXXXIII. Ut iudicia quæ penes solos senatores
a 5 erant

erant, inter senatores, & equestrem ordinem, & Tribunos aerarios communicarentur. Cicero in Verrinis saepe, Asconius in easdem in Orat. pro Cornelio, & in Pisonem. Florus uero epitome 97. Velleius lib. 2. ubi tam Tribunos aerarios non nominat.

B

BÆbia de prætoribus. Tulerit. Ut aliter ternis annis quaterni Prætores crearentur. Livius libro 40. Festus nominat libro 16. in uoce, Rogat.

C

Cæcilia de fullonibus. Tulerit Cæcilius Metellus. C. Flaminius, L. Aemilius CENS. dedere ad populum ferendam. Plinius libro 35. capite 17.

Cæcilia Didia de legibus. Tulerunt Qu. Cæcilius Metellus, T. Didius COS. Anno DCLV. Ne multis de rebus coniunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in coniunctis rebus pluribus. aut id quod nollet accipere, aut id quod uellet repudiare. Cicero Philipp. 5. pro Domo sua, & ad Attic. epist. I.

Cæcilia de censoribus. Tulerit Qu. Cæcilius Q. F. Metellus Pius, Scipio COS. cum Pompeio. Anno DCCI. Ut Censoria potestas, quam P. Clodius Trib. pl. imminuerat, restitueretur. Dio.

Cæciliæ

Cæcilia repetundarum. Tulit. Nomina sunt à Valerio Max.lib.V I.cap. XL.

Cælia , de suffragijs. Tulit Cælius Trib.pleb.
Q.Cæcilio, T. Elaminio COSS. Anno DCXXX.
Ut etiam in perduellionis iudicio quod Caßia lege Tabellaria exceptum erat, populus nō uoce sed tabella sententiam ferret. Cic.libro de leg. 3.

Caducaria. Vide Iulia Caducaria.

Callidia de Metello reuocādo. Tulit Qu.
Callidius Trib.pleb.ut Qu. Metellus qui quod in Saturnini legem iurare noluerat, exilio damnatus erat, in ciuitatem reuocaretur. Valer. Max.lib.V.cap. II. Cicero pro Plancio.

Calpurnia repetundarum. Tulit L. Calpurnius Piso Trib.pleb.L. Marcio, M? Manilio COSS. Anno DCIII. nulla antea quum fuisset. Ut quibus in provincijs magistratus populi R.eorum ue comites pecunias contra leges cepissent, earum prouinciarum homines iudicio Romæ constituto suas pecunias repeterent: Cic.De offic.II.in Bruto & Verrina V.

Calpurnia , de ambitu. Tulit C. Calpurnius Piso COSS . cum M? Glabrone, Anno DCLXXXVI. Ut ambitus damnati omni honoris petitione prohibentur certaq; pecunia multarentur. Dio. lib. 26. Cic; pro

pro Muræna, pro Cornel. & in eam Ascon.

Calpurnia de ciuitate. Sisenna histor. lib. 4.
Milites ut lex Calpurnia concesserat, uirtutis ergo ciui-
tate donari. Hæc Nonius in uoce Ergo.

Canuleia, de patrum cōnubij. Tulit C. Ca-
nuleius Trib. pleb. M. Genutio & C. Curtio COSS. An-
no CCCIX. Ut plebi cum patribus connubiorum ius
esset. Ut Tribuni militum consulari potestate promi-
scue ex patribus ac plebe crearentur. Augustinus lib.
De ciuit. Dei III. cap. 17. Liuius lib. 4.

Cassia agraria. Tulit Sp. Cassius Consul cū Vir-
ginio, Anno CCL XVII. Vt ex agro Hernicis, quibus
cum foedus iustum erat, adempto, dimidium Latinis, di-
midium plebi diuideretur. Lex tamen nō tenuit. Liuius
lib. 2. Valerius lib. 5. cap. 8.

Cassia de senatu. Hanc tulit L. Cassius, L. F. Lö-
ginus, Tribunus pl. C. Mario, L. Flacco COSS. Anno
**DCLIII. Ut quem populus damnasset, cui ue impe-
 rium abrogasset, in senatu ne esset. Ascon. in Cornel.**

Cassia de suffragijs. Tulit L. Cassius, Trib. pl.
Lepido & Mancino COSS. Anno DCXVI. Ut iudi-
ces sententias, quas uoce dicebant, tabellis ferrent: in his
etiam populus ipse, duntaxat quum de multis iudica-
ret, non de capite: nimirum in perduellionis iudicio, Ci-
cero

INDEX

13

cero in Lælio, ubi hanc legem biennio post Gabiniā la-
tam scribit. Item in Bruto, & lib. De legib. 3. Itē Ascon.
in Cornelianam, & Verrinam II.

Cassia de Pauli triumpho. Tulit Qu. Cassius
Prætor, Aelio, Junio C O S S. Anno D L X X X VI. Ut
Paulo, Anicio, & Octavio ex bello Macedonico cū ui-
ctoria redeuntibus, quo die urbem triumphantes inue-
herentur, imperium esset. Liuius lib. 45.

Cassia de senatu supplendo. Tulit C. Cas-
sius Prætor, Dictatore Iulio Cæsare. Ut in numerum pa-
tritorum qui Senatui deessent, alijs sublegerentur. Tacit
us lib. 11. Suetonius autem in Iulio Cæsare scribit, eum
senatum suppleuisse, patritios allegisse, Prætorū, Aedi-
lium, Quæstorum, minorum etiam magistratum nu-
merum ampliasse. Vtrum autem illa Cassia lege, an alia,
incertum est.

Cincia de donis & muneribus. Tulit M.
Cincius Trib. pleb. Cornelio, Sempronio C O S S. An-
no D X L I X. Ne quis ob causam orandam donum mu-
nus ue caperet. Liuius lib. 34. Tacitus lib. 13. Cicero in
Catone, ad Att. I. & de Orat. II. Festus hanc Muneralē
& Plauto uocari scribit. Neq; muneralem legem, neq; le-
noniam, Rogata fuerit nēc ne, flocci & stuno.

Clodia de liberali causa. Tulit App. Claudius
Decemvir, cum collegis: Anno CCCII. Ut quum quis in
seruitutem assereretur, uindiciæ secundum libertatem
darentur.

darentur. Liuius lib. 13. Dionys. lib. 10.

Claudia de senatorū nauibus. Tulit. Qu.
Claudius Tribun. pleb. P. Cornelio, T. Sēpronio COSS.
Anno DXXXV, Ne quis Senator, qui ue Senatoris pa-
ter fuisset, maritimam nauem, quæ plusquam trecenta-
rum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fru-
ctus ex agris uectandos: quæstus omnis patribus inde-
corus uisus est. Liuius lib. 21.

Claudia de scribarum negociatione. Vi-
detur proximæ Claudiæ pars fuisse. Suetonius in Domi-
tiano, Scribas quæstorios negotiantes ex cōsuetudine,
sed contra Claudiā legem uenia in præteritum dona-
uit. Aliud ea de lege nihil reperio.

Clodia de annonā. Tulit P. **Claudius Tribun.**
pleb. Pisone, Gabinio C O S S. Anno D C X C V. Ut fru-
mentum populo, quod anteā semis æris ac trientibus in
singulos modios dabatur, gratis daretur, & Sex. Clau-
dio frumentaria procuratio mandaretur. Ascon. in Pi-
sonianam, Cic. pro Sestio, & in Pisonem, & Pro domo.

Clodia de comitijs. Tulit idem. Ne quis per
eos dies quibus cum populo agi liceret, de cœlo serua-
ret. Ut omnibus fastis legem ferri liceret: qua de cause le-
gem Aeliam & Fusiam à Cladio sublatam toties Cicero
queritur: in Sextiana, Pisoniana, & in hanc Asconius,
& Dio. lib. 38.

Clodia

Clodia de ui. Tulit idem. Ut de ijs qui ciues R. fine iudicio populi indictaq; causa necassent, quæstio haberetur. Tulit autem ob Ciceronē & alios, à quibus necati erāt Catilinarij, quamuis nominatim de Cicero= ne nullam faceret mentionem. Velleius libro 2. Dio. XXXVIII. Cicero ad Att. III.

Clodia de M. Tullio. Tulit idem. Ut M. Tullio Ciceroni quòd falsum S. C. retulisset, quòd ciues Ro. indemnatos necasset, aqua & igni interdictum esset, né ue ei intra quingēta passuum millia liceret esse, ne quis de ipsius reditu ad senatum referret, ne quis sententiam diceret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in sententiam, ne scribendo adesset. Pro domo sua, post reditum in sen. & lib. ad Att. III. & Dio lib. 38.

Clodia de prouincijs. Tulit idem. Ut Gabi= nio, Syria, Babylon, Persæ: Pisoni, Macedonia, Achaia, Thessalia, Græcia, omnisq; Bœotia proconsulari impe= rio mandaretur: ijsq; cum exercitu in eas prouincias ituris pecunia ex ærario attribueretur. Cicero Pro do= mo, & in Sextiana.

Clodia de intercessione. Tulit idem Clodius. Ut libera et soluta in ferendis legibus Tribunorum ple= bis potestas esset, neq; intercessione impediretur. Cice= ro in Sextiana, Nouem enim Tribunis unus obfistere poterat. Diodorus libro 38.

Clodia

Claudia

Clodia de collegijs. Tulit idem. Ut collegia, id est, conuentus artificum à Numa instituti, & magna ex parte partim legibus, partim Senatuscōsultis sublati restituerentur, multiq; alij constituerentur. Cicero in Sextiana, Pisoniana, Pro domo sua. Pedianus in Cornel. et Dio. lib. 38.

Clodia de regno Cypri. Tulit idem. Ut Cyprus insula in prouinciae formam redigeretur, ut Ptolemaeus rex Cyprī sedens cum purpura & sceptro, & illicis insignibus regijs præconi publico subiiceretur, & cum bonis omnibus publicaretur. Ut M. Cato Quæstor cum iure prætorio, adiecto etiam Quæstore mitteretur in insulam Cyprum, & regiæ gazæ uendendæ, & pecuniae deportandæ præficeretur. Ut qui Byzantij rerū capitalium damnati exularent, populi R. nomine in eā ciuitatem reducerentur. Cicero pro Domo sua, pro Sext. De prou. cons. Velleius lib. 2. Plutarch. in uitis.

Clodia de Pessinuntio sacerdotio. Tulit idem, Ut Pessinūtius Matris magnæ sacerdos, suo sacerdotio spoliaretur, fanumq; illud Brogitaro Gallogreco attribueretur. Pro Sextio, De haruspic. resp.

Clodia de censoribus. Tulit idem. Ne quem Censores in legendō præterirēt, néue qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusq; Censoris sententia damnatus esset. Asconius in Pisonianā, Cicero in eadem, in Miloniana, & Sextiana.

Clau-

INDEX

17

Claudia de socijs ac nominis Latini. Tulit C. Claudius C O S. cum T. Sempronio, Anno D L= XXVI. Qui socij ac nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisq; ciuitatem ante Kal. Nouembres redirent. Ut Dictator, Consul, Interrex, Censor, Praetor, qui nunc esset apud forum, darent operam, ut qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur: ius iurandum daret, qui eum manumitteret, ciuitatis mutandæ causa manus non mittere: qui id non iuraret, eum manumittendum non censuerunt. Liuius lib. 4 i. qui tamen locus corruptius est. legendum fortasse, ab eo manumittendum.

Claudia de comitijs. Tulit M. Clodius Marcellus C O S. cum Ser, Sulpitio, Anno D CC II. Ne in magistratum comitijs absentium ratio haberetur. Suetonius in Cæsare.

Claudia de colonia Nouicomi. Tulit idem M. Marcellus. Ut colonis quos rogatione Vatinia Novumcomum Cæsar deduxisset, ciuitas adimeretur: quod per ambitionem, et ultra prescriptum data esset. Suetonius in Cæsare.

Claudia de fœnore. Tulit Claudius Cæsar. Ne creditores in mortem parentum pecunias filijs familiarium fœnori darent. Tacitus lib. 11. ubi aperte legem latam affirmat.

Claudia de re numaria. Tulit. Ut uictoria
b tus

tus numerus, qui ex Illyrico aduectus mercis loco habebatur, Romæ percuteretur: & eadem uictoriæ nota obsignaretur. Plinius lib. 33. cap. 3.

Claudia de tutelis. Tulit. Ut ne agnati mulierum tutelam legitimam recipere cogerentur. Vlpian. tit. XI. & Imp. l. III. C. De legit. tut.

Commissoria. dicitur in emptionibus & oppi gnerationibus, quum aut res hoc pacto uēditur, ut pre cito ad diem nō soluto inempta sit, aut pignus ita datur, ut ad diem nō redditā pecunia, creditoris fiat. Hinc tit. De lege commissoria lib. Dig. 18.

Cornelia de patricijs. Tulit cum collegis Sex. Cornelius Trib. milit. Anno CCCLXX. Ne quis patri cius in arce aut Capitolio habitaret. Liuius libro sexto. Dionysius lib. 4.

Cornelia de bello Antiochi. Tulit P. Cornelius C O S. cum M? Acilio, Anno DLXII. Vellent iubērent ne cum Antiocho rege, quiq; sectam eius securi es sent, bellum iniri. Liuius lib. 36.

Cornelia, Bæbia de ambitu. Tulere P. Cornelius, M. Bæbius C O S S. Anno DLXXII. Liuius lib. 40. Florus præterea epit. XLVII. legem de ambitu latam testatur.

Cor-

Cornelia de C. Mario. Tulit L. Cornelius Cinna COS. cum Cn. Octavio, Anno DCLXVLVI C. Marius qui à L. Sylla oppressus profugerat, in urbē recipetur. Velleius lib. 2. App.

Cornelia iudiciaria. Tulit L. Cornelius Sulla Dictator & COS. cū Q. Metello, Anno DCLXXIII. Ut iudicia equestri ordini adempta, in solum ordinem Senatorium transferrentur. Ita quadrat annorum ratio ab Asconio tradita, quum ait, Equites à lege Sempronie ad hanc legem annos quadraginta iudicasse. quum Cicero oratorio more dicat propè quinquaginta. Flor. epit. LXXXIX. Ascon. in Diuin. & Cicero in eadē. Huius eiusdem fuisse pars uidetur, caput illud quod Cic. Verr. III. commemorat, ne cui extra ordinem senatoriū rei ciundi amplius quam trium iudicium potestas esset.

Cornelia repetundarum. Tulit idem. Ut in repetundarum iudicio reus omnino comperendinatur, nec una actione ea causa absolueretur, Ut certi dies provincialib. magistratibus quibus successum esset, decedendi causa præstituti essent: ut Legatis sumptus prescriberetur. Ut accusatori liceret omnibus testimonium denuntiare, præterquam defensori: item omnia clausa rei obsignare, & literas omnes tum publicas tum priuatas quib. instrui posset accusatio præter literas publicas nōrum Romanorum deportare liceret. Cic. Verr. III. & III. pro Posthumo. lib. epist. I. ep. IX. & lib. 3. epist. VI. & X. Item Verrin. IIII. & in eam Asconius.

b z Cor.

Cornelia agraria. Tulit idem. Ut proscriptorum agri publici essent. Cicero contra Rullum. Sallustius in Catilin.

Cornelia sumptuaria. Tulit idem. Ut Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum & ferijs quibusdam solennibus HS. tricenos in coenam insumere ius potestasq; esset. ceteris autem alijs diebus omnibus, non amplius ternos. sunt & minora precia rebus imposita. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrob. lib. Satur. III. cap. 17. & Plutarch. in Sylla.

Cornelia de municipijs. Tulit idem ut municipijs omnibus ius ciuitatis agriq; adimeretur. Cicero Pro domo sua, pro Cæcina, Appianus belli ciuilis lib. 2.

Cornelia de magistratibus. Tulit opinor idem. Ut qui cum imperio in prouincia praefectus esset, tamdiu illud imperium retineret, quoad in urbē reuersus esset: quum anteā certo ac præfinito tempore imperium illud terminaretur. & si successor nō mitteretur, noua rogatione ad imperium prorogādum opus esset. Item ut triginta tantum dies postquam successor missus esset, magistratui ad deceendum concederentur. Cic. ep. 9. ad Lentulum, & lib. 3. ad App. ep. 6.

Cornelia de sumptibus funerum. Tulit idem. Plutarch. in eius vita,

Cornel

Cornelia de Tribunis pl. Tulit idē. Ne Tribunis pl. ferendarum legum concionandi ue ius esset, né ue ad eos prouocatio esset, ut ne ijs intercedere liceret: né ue ijs qui Tribuni pl. fuissent, alios postea magistratus capere liceret. Cicero de legib. 3. Cæsar comment. Gallib. 1. Plutarchus in uita. Florus in Epit. Appian. De bello ciuili 1. Asconius in III. Verrin.

Cornelia de prouincijs. Tulit idem. Ne quis plus anno prouinciae p̄ræcesset. Cic. ad Appium lib. fam. V. Item, ut Senatus quasdam prouincias decerneret.

Cornelia de magistratibus. Tulit idem. Ut ijs qui suas partes in ciuili bello secuti essent, honores ante tempus capere ius esset. Ut si quis magistratum peteret, quem ante gessisset, nisi decennium interiectum esset, eius ratio non haberetur. Appian. de bell. ciuilib.

Cornelia de sacerdotijs. Tulit idem. Ut ius creandorum sacerdotum à populo (cuius hæc lege Do- mitia potestas erat) ad collegia sacerdotum transferretur. ijq; ex ueteri more tributis comitijs cooptarentur: Dio libro 37. Et Asconius in Diuinat.

Cornelia de Quæstoribus. Tulit idem. Ut uiginti Quæstores supplendo senatui crearentur, cui iudicia tradiderat. Tacitus lib. 11.

Cornelia maiestatis. Tulit idem. Ne qui cum imperio prouincias obtineret, populi senatusue iniussu

exercitum de prouincia deportarēt, bellūmūe sua spon
te gererent. Cic. in Pison. Alia capita fuerunt, quæ Pedie
nus in Corneliana significat. Fuit & illud, ut à quæstio-
nibus uel cruentis nullius dignitas exciperetur. Amm.
Marcell. lib. 19.

Cornelia de sicarijs & ueneficis. Tulit idem.
Vti qui hominem occiderit, cuiusq; dolo malo incendiū
factum erit, quiue hominis occidendi, furtive faciendi
caussa cum telo ambulauerit, iudicio publico dānetur.
Martianus l. 1. D. ad l. Corn. de sicar. quo sub titulo mul-
ta huius legis capita enumerantur. Ea lege excepti erāt,
qui proscriptione Syllana ob relata ciuium R. capitape
cunias ex ærario acceperant. Sueton. Cæsare. Eiusdem
etiam hoc caput fuit, ut cum in consilium iri oportaret,
Quæsitor à reo quæreret, clam an palam de se sententiā
ferri uellet. Cicero in Cluentiana.

Cornelia de iniurijs. Tulit idem. Ut in eos qui
quempiam pulsassent, uerberassent, domūmūe alienam
ui introissent, iudicium daretur. Ut in eo iudicio non
esset, qui ei qui ageret, gener, sacer, uitricus, priuignus,
sobrinusue esset, propriusue eorum quenquam ea cogni-
tione, affinitatēue attingeret, quiue eorum eius, paren-
tēsue cuius eorum patronus esset. Ut filiusfa. ex omni
causa iniuriarum agat, ut actori iuriandum deferre
liceat reo, an iniuriam fecerit. Si quis librum ad infam-
iam alicuius scripserit, composuerit, ediderit: doloue
malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiamsi alterius no
mine

mine ediderit, uel sine nomine: uti de ea re agere licet. & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur. Vlp.l. 5. D. de iniur.

Cornelia de falso. Tulit idem. De omni falsitatem genere, quæ in numis, testamentis, partibus, iudicijs, tabulis publicis alijsq; rebus commissæ, publici iudicij pœnam mererentur. de quibus Iurisconsulti copio se sub tit. Ad leg. Corn. De fals. Crimina enim ferè sunt innumera, quibus quod pœna esset constituta nulla, huius legis pœna partim Senatusconsultis, partim Principum rescriptis, partim etiam Iurisconsultorum responsis attributa est. Meminit Cicero Verr. 3. De nat. deor. 2. & Sueton. in Augusto. Pompon. l. 2. De origin. iur. Paulus sent. 4. cap. 7.

Cornelia de testamentis. Tulit idem. Ut eorum testamenta qui in hostium potestate essent, perinde rata essent, ac si hi qui ea fecissent in hostium potestatem non peruenissent: & hæreditas ex his eodem modo ad unumquemq; pertineret. Julianus l. 12. D. Qui test. fac. poss. Vlp. cap. Institut. 23. Iauolenus in l. 15. De iniust. rupt. Atq; ex hac lege inducta fictio est, Ut qui captus apud hostes decederet, mortuus eodem momento, quo captus esset, putaretur. Eiusdem legis caput opinor il lud fuisse, quod in edicto Verris significatur, apud Ciceronem, lib. Accusat. primo: Non minus multis signis quam è lege oporteat, cautumq; de numero testiū quos in testamentis adhiberi oporteret, fuisse.

b 4

Corneli.i

Cornelia de lusu. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, sponsionemue in ludo, nisi qui corporis exercendi causa susceptus esset, faceret. ueluti hasta piloue iaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando. **Martianus l. 3. D. De aleator.**

Cornelia de ijs qui legibus soluuntur. Tulit C. Cornelius Trib. pleb. C. Pisone, M^o Glabrone C O S S . Anno DCLXXXVI. Ne quis in senatu legibus solueretur, nisi CC. affuisserent, neque quis intercederet quū de ea re ad populum ferretur. Asconius in Corneliam. quod eò pertinebat, ut esset quidē in senatus potestate dare extra ordinem imperia, legibusq; solvere, sed ita ut post ad populum ueteri more de ea re ferretur. Dio libro 36.

Cornelia de iurisdictione prætorū. Hanc idem et si nemo repugnare ausus est, multis tamen iniustis tulit, ut eodem loco scribit Asconius: Ut Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quæ res tum gratiam ambitiosis Prætoribus, qui uariè ius dicere assueverāt, sustulit. Dio lib. 26.

Cornelia de natali Vrbis. Tulit P. Cornelius Dolabella C O S . statim post Cæsar is necem, Ut deinceps is dies natalis Vrbis haberetur. Appianus lib. De bello ciuil. secundo.

Cornelia de M. Tullio Cicerone. Tulit ceteri iuriatis

turiatis comitijs P. Cornelius Lentulus, Cōsul cum Q. Metello Anno D C X C V I I . & cum omnibus magistratibus pr̄eter unum pr̄etorem Ap. Claudiū, P. Clođij fr̄atrem, & duos Trib. pleb. Sex. Attilium Serranū, & Numerium Quintum, pridie Non. Sextiles. Ut M. Tullio Ciceroni redire in ciuitatem, uenireq; in Senatum liceret Pro domo, Pro Sextio, in epist. fam. & alibi.

Cornelia de limitibus. Tulit. Ut per actuarios limites populo sicut per viam publicam itineris faciundi ius esset. Hyginus in libello De limitibus constit.

Curia de patrum auctoritate. Tulit M: Ciusius Trib. pl. M. Fulvio, T. Manlio C O S S . Anno CD L V . Ut ante comitia magistratum, patres auctores fierent. Liuius lib. I O . Cicero De claris orat. Probus De uiris illust. Idem lege Publilia cautum de comitijs legum fuit.

Curiata lex dicebatur olim, quæ in curiatis comitijs de eorum imperio ferebatur, qui in prouincias mitabantur: uidelicet quid cuiq; imperij, atq; ornamenti attribui placeret. Postea uero non ab uniuerso populo, sed à XXX. lictoribus ad speciem atq; usurpationem uetus statis, hoc est, ad triginta ueteres curias representandas constitutis, iubebatur. Liuius lib. 9. Cicero 2. Agraria in Rullum.

D

Decemuirales de XII. tab. Tulit App. Claudius Decemuir, cum collegis Anno CCCIL. Ut leges X. tabularum ratæ essent, eisq; populus pareret. His etiam duas eodem anno tabulas addiderunt. Dionys. lib. 10. & Liuius lib. 3.

Decia de duumuiris naualibus. Tulit M. Decius Trib. pl. Iunio, Aemilio COSS. Anno CDXLIL. Ut Duumuiros nauales classis ornâde reficiendæq; causa populus iuberet. Liuius lib. 9.

Gell. lib. 2.

Cap. 24. Didia sumptuaria. Tulit. App. Claudio, Q. Metello COSS. Anno DCX. Ut uniuersa Italia, nō sola urbs, lege Fannia sumptuaria teneretur. Ut non soli qui prandia cœnâsue maiore sumptu fecissent, sed etiā qui ad eas uocati essent, atq; omnino interfuerint, pœnis legis tenerentur. Macrobius. lib. 3. cap. 17.

Domitia de sacerdotijs. Tulit Cn. Domitius Ahenobarbus Trib. pl. C. Mario III. L. Aurelio COSS. Anno DCL. Ut nō sacerdotum collegia, ut antea, quem uellent cooptarent: sed populi id beneficium esset. cum autem populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, rogauit ut minor pars populi, id est, tribus septemdecim uocarentur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Suet. Nerone. Velleius lib. 2. Cic. in Agraria 2. epist. 5. ad Brutum, & pro Cornelio, & Ascon. in eandem. Dio lib. 37.

Duilia

Duilia de magistratibus. Tulit M. Duilius
Trib. pleb. Valerio, Horatio COSS. Anno CCCIII.
Ut qui plebem sine Tribunis pleb. reliquisset, quiq; ma-
gistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite
puniretur. Liuius lib. 3. Dionys. lib. 10.

Duilia Menenia de coitionibus. Tulere de
collegij sententia M. Duilius, L. Menenius Trib. pleb.
Martio, Manlio COSS. Anno CCCXCVI. Ne quis
postea populum seuocaret: qui hoc faxit, capitale esset.
Liuius libro 7.

Duilia Menenia de fœnore. Tulere idem. Ut
fœnus ne maius unciario exerceretur. Liuius lib. 7.

F

F Abia de ambitu. Tulit. Ut certus nume-
rus sectatorum esset, id est eorum qui candidatos
in campum deducerent. Cic. in Muræniana.

Fabia de plagiarijs. Tulit. Ut qui inge-
num aut libertinum hominem sciens emerit, uendide-
rit, inuitum celauerit, uinctū habuerit: seruum alienum
retinuerit, uel persuaserit ut à domino fugeret, iudicio
pœnaq; damnetur. Ne seruus qui plagium admisit, pro
quo dominus pœnam intulit, intra decem annos manu-
mittatur. l. 12. D. de manumiss. Cicero pro C. Rabirio,
An de seruis alienis contra legem Fabiam retentis, plu-
ra dicenda sunt? Et Iurisconsulti in Pandect. item Paulus
sent. 5. cap. 7.

Fabia

Fabia lex, pro formula dicitur apud Paulum lib. Sent. 3. cap. 3. improprie, quum ea lex non fuerit: sed actionis formula. Similiter autem Cicero Manilianas uenialium uendendorum leges dixit, in lib. De orat. I. pro Cautiones.

Fabia de terminis. Ea legitur in libro De agro rum conditionibus his ferè uerbis, quæ paucis quibusdam locis correximus. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, præfecturam, forum, conciliabulum constituerit, in eo agro, qui ager intra fines eius colonie, municipij, fori, conciliabuli, præfecturæ erit, limites decumani ut fiant, terminiq; statuantur, curato: quiq; fines ita statuerit, hi fines eorum sunt, dum ne extra agrum colonicum, territorium fines ducat: quiq; termini hac lege statuti erunt, ne quis quem eorum ejcito, néue commoueto, sciens dolo malo: si quis aduersus eas fecerit, is in terminos singulos quos eiecerit, locoue mouerit sciens dolo malo, **# XXV.** in publicū eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto, deq; ea re curatoris, qui hac lege erit, iurisdictio, reciperatorumq; datio addictio esto. Si curator hac lege non erit, tunc quicunq; magistratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo iuri dicundo præerit, magistratus de ea re iurisdictio iudicisq; datio addictio esto: inq; eam rem is qui hac lege iudicium dederit, testibus publicè duntaxat in res singulas **X.** denunciandi potestatem facito, ita ut è Republica fideq; sua videbitur. Etsi is unde ea pecunia petita erit, cōdemnatus erit, eane

eam pecuniam ab eo deue bonis eius , primo quoq; die
exigito, eiusq; quod receptum erit, partem dimidiam ei
cuius unius opera maxime is condemnatus erit, partem
dimidiam in publicum redigo. Quo ex loco terminus
aberit, si quis in eum locum terminum restituere uoleat,
sine sua fraude licet facere : neue quid cui is ob eam rem
hac lege damnas esto.

Falcidia de testamentis. Tulit P. Falcidius
Trib. pl. Domitio, Asinio C O S S. Anno DCCXIII.
Eius hæc quatuor capita memorantur. Qui ciues R.
sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum
facere uoleat, ei quam pecuniam quasq; res, quibusq; da-
re legare uoleat, ius potestasq; esto ut hac lege licebit.
Quicunq; ciuis R. post hanc legem rogatam testamen-
tum faciet, is quantam cuiq; ciui R. pecuniam iure publi-
co dare legare uoleat, ius potestasq; esto, dum ita detur
legetur, ut ne minus quam quartam partem hæreditatis
ex eo testamento hæredes capiant. Eis quibus ita datum
legatum erit, eam pecuniam si ne fraude sua capere lice-
to: isq; hæres, qui eam pecuniam dare iussus damnatus=ne
erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est.
Si quis aliter quam hac lege liceat, pecuniam dederit,
legauerit, hæredi quartam partem eius pecuniæ que
data legata erit, ex eo testamento retimere liceto. Paulus
l. i. D. ad leg. Falcid. Eusebius in Chronicis. Dio uero
lib. 48. hoc modo, Vt hæres quartam partem bono-
rum sibi relictorum, si grauiter oneratus sit legatis, acci-
piat: cetera legatarijs relinquat.

Fannia

Fatina sumptuaria. Tulit C. Fannius COSS. cum M. Messala, Anno D XCII. Ut ludis Romanis, plebejis, Saturnalibus. & alijs quibusdam diebus centenos aeris in singulos dies impendere liceret: decemq; alijs diebus in singulis mensibus, tricenos: ceteris autem omnibus diebus, denos. Nequid uolucrum poneretur, praeter unam gallinā quae non esset altilis. Plin.lib. 10. cap. 50. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrobius.lib. 3. cap. 17.

Fauia de terminis. Vide Fabia.

Flaminia agraria. Tulit C. Flaminius Trib. pl. Aemilio, Poblico COSS. Anno D XXI. Ut ea regio Galliae, quae Picenum uocatur, unde Senones expulsi fuerant, militibus Romanis diuidetur. Polyb.lib. 2.

Flavia de Tusculanis. Tulit M. Flavius Tribun. pl. Sulpitio, Aemilio COSS. Anno CDXXX. ut in Tusculanos animaduerteretur, quorum ope ac consilio Veliterni, Priuernatesq; populo R. bellum fecissent. Liuius lib. 8.

Furia de Aedilibus ex patribus creandis. Tulit M. Furius Camillus Dict. An. CCCXXCV. ut duo Aediles ex patribus crearetur. Liuius lib. 6. in fin.

Furia de iure Campanorum. Dedit Campannis L. Furius Prætor, Foslio & Plautio COSS. Anno CDXXXV. quum primum Capua in ditionem recepta

recepta, Præfecti eò missi sunt. Liuius lib. 9.

Fusia de comitijs. Tulit P. Furius, siue Fusius Consul cum Sex. Atilio, Anno DCXVII. Ut certis diebus, qui tamen fasti essent, agi cum populo non liceret. Cicero in Sextiana, In orat. post reditum, De prouinc. consul. & alibi frequentissime. Latam illo tempore Cicero in Pisoniana testatur: qui centum annis dixit, pro circa centum annis.

Fusia de comitijs. Tulit Q. Fusius Calenus Prætor, C. Cæsare, M. Bibulo COSS. Anno DCXCIII. Quum in Tributis comitijs omnium simul suffragia cōfunderentur, itaq; fieret, ut singula genera de suffragiorum euentu sic inter se contenderent, ut quod recte statutum esset, id suo suffragio factum diceret, quod secus, in alios reijcerent: Tulit, Ut singula genera suffragium seorsim ferrent, quo sententiæ internosci possent. Hoc modo singulorum generum suffragia seorsim renunciantur. Dio.lib. 38.

Furia de testamentis. Tulit C. Furius Trib. pl. Ne cui, nisi manumissoris cognato, certisq; alijs personis supra mille asses legare, mortisue causa donare licet, quod si quis maiorem summā sibi legatam accepisset, quadruplum eius quo plus quam licebat accepisset, redderet. Lata est autem (ut ait Iustin.) Legis XII.tab. coercendæ causa: qua uti quisq; legasset suæ rei, ita ius erat. Cic. pro Balbo, & Verr. 3. Iustinia. De leg. Falcid. Vlpian. cap. Instit. I. & 28.

Furia

Furia Caninia de manumissione. Tulere opinor, P. Furius Camillus, C. Caninius Gallus CO S S. Anno DCCLII. Ut in testamento ex tribus seruis non plures quam duos manumittere liceat: usq; ad decem, dimidiam partem: à decimo usq; ad triginta tertiam partem, ut tamen adhuc quinq; manumittere liceat, æquè ut ex priori numero: à triginta usq; ad cētum, quartam partem, æquè ut decem ex priori numero liberari possint: à centum usq; ad quingentos, partem quintam similiter, ut ex antecedenti numero uiginti quinq; possint fieri liberi. eademq; præcipit ne plures numero quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. Eadem lex cauet, ut libertates seruis testamento nominatim dentur. Hæc ex Instit. Vlp. tit. I. Paulo sentent. 4. Caÿ Instit.

G

Gabinia de nocturnis coetibus. Tullit. Ut qui conciones ullas clandestinas in urbe confluisset, more maiorum capitali supplicio multaretur. Ex orat. Porc. Latronis in Catil.

Gabinia de suffragijs. Tulit A. Gabinius Tri. pleb. Pisone, Popillio COSS. Anno DCXIII. Ut comitiis quibus magistratus crearentur, populus non uoce, sed tabella suffragium ferret. Et quo id liberius esset, causum est, Ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret, ita ab omni parte liberū iudicium suum in magistratibus creandis populus haberet. Cicero De legib. lib. 3. Et in lib. De amicit.

Gabinia

INDEX

33

Gabinia de piratis persequendis. Tulit A. Gabinius Trib. pleb. Metello, Marcio COSS. Anno DCLXXXV. Ut bellū aduersus piratas Cn. Pompeio in triennium ita mandaretur, Ut toto mari quod est inter columnas Herculis, & in maritimis prouincijs usq; ad quadringentesimum à mari stadium potestatem habet imperandi regibus, præsidibus, ciuitatibus, ut se rebus omnibus ad eius belli administrationem necessarijs iuvarent. Pædian. in Cornel. Velleius lib. 2. Dio lib. 38. Plutarchus in Pompeio, et Cicero De lege Manilia. Appian. in Mithridat.

Gabinia de senatu habendo. Tulit. Ut ex Cal. Feb. ad Cal. Martias quotidie Senatus cogetur, & legatis exterarum nationum daretur. Cicero in Epist. ad Q. Frat. lib. 2. ep. 11.

Gabinia de usuris. Tulit. Ne ius dicetur de ijs pecunijs quæ uersura facta essent sumptæ. ne scilicet prouinciales homines à Romanis exhaustur. ne grauior usura quam centesima exigeretur. sed et præter amissam sortem certam poenam sanciebat. Cicero lib. Epist. ad Attic. 6.

Gellia & Cornelia de ciuitate. Tulere L. Gellius Publicola, Cn. Cornelius Lentulus COSS. Anno DCLXXXI. Ut ciues R. sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia singulatim ciuitate donauerit. Cicero pro Balbo.

c

Gellia

Genutia Aemilia de clavo pangendo. Tu
lere ex S.C. Cn. Genutius, L. Aemilius C O S S. Anno
CCCXC. Ut, qui Prætor maximus sit, Idibus Septemb.
clavum pangat. Liuius lib. 7. ubi addit, Legem ætate
sua fuisse priscis literis uerbisq; scriptā, clavumq; quia
raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri anno-
rum fuisse, eoq; Minerue templo dicatam legem, quia
numerus à Minerua inuentus sit.

Genutia de foenore. Tulit L. Genutius Trib.
pl. C. Martio IIII. Q. Seruilio COSS. Anno CDXL. Ne
fænerare liceret. Liuius lib. 7.

Genutia de magistratibus. Tulit idem Mar-
tio, Seruilio C O S S. Anno CDXI. Ne quis eundem
magistratum intra decem annos caperet, neu duos ma-
gistratus uno anno gereret, utiq; liceret, Consules am-
bos Plebeios creari. Liuius lib. 7.

Glitia de testamentis. Citatur Caius ad legem
Glitiā in l. 4. D. de inoff. test. Mendose meo iudicio,
quum Glitia non nomen, sed cognomen sit, ut ex Fastis
intelligitur, ubi M. Claudius Glitia Dictator Anno
DIII. proditur. Videndum igitur an Titia rectius lege-
retur, quæ de pupillorum rationibus lata est, quo Caij
sententia pertinet.

Hircin

H

Hircia de Pompeianis. *Tulit A. Hircius,
Ut Pompeiani ad dignitates non admitteretur.
Ex epist. Anton. Philipp. 13.*

Horatia Valeria de plebiscitis. *Tulere L.
Valerius, M. Horatius C. O S S. Anno CCCIII. Ut
quod tributum plebs iussisset, populum teneret. Liuius
lib. 3. Dionys. lib. 11. Quod postea lege Hortensia, et
Publilia confirmatum est.*

Horatia de magistratibus sacrosanctis. *Tulit idem. Ut qui Tribunis pl. Aedilibus, Iudicib. nocuissent,
eius caput Ioui sacrum esset: familia ad ædē Cereris,
Liberi, Liberaeq; uenū iret. Liuius lib. 3. Dionys. lib. 5.*

Horatia de Caia Tarratia, uirgine Vestali.
*Tulit. Ut certi honores ei tribuantur, in his ut te
stabilis esset, ut si quadraginta annos nata sacerdotio
abire, ac nubere uoluisset, ius ei potestasq; exauguran=
di, atque nubendi esset: munificentiae et beneficij gra=
tia, quod campum Tiberinum, siue Martium populo
Ro. condonasset. Gellius lib. 6. cap. 7. Plutarchus in Po=
blicola, ubi eam Tarquiniam appellat.*

Hortensia de nundinis. *Tulit. Ut nun=
dine quæ prius erant feriæ, fastæ essent: uti rustici, qui
nundinandi causa in urbem ueniebant, lites compone=
rent. Macrobius lib. Satur. 1. cap. 16.*

c 2

Hortensia

Hortensia de plebiscitis. Tulit Q. Hortensius Dictator seditionis sedandæ caussa creatus, Anno CDLXVII. Ut eo iure quod plebs statuisset, omnes Qui ritates tenerentur: quum antea Patritij non tenerentur. Gellius lib. 15. cap. 27. Plin. lib. 16. cap. 10. August. lib. 3. De ciuit. Dei, cap. 17. quod postea lege Publilia confirmatum est.

Hostilia de furtis. Tulit A. Hostilius Consul cum A. Atilio, Anno DLXXXIII. Ut furti ageretur eorum nomine, qui apud hostes essent, aut Reip. caussa abessent, quiue in eorum cuius tutela essent. Iustinianus De ijs per quos ag. poss. Hinc illæ Hostilianæ actiones, id est, formulæ apud Ciceronem lib. De orat. 1. ubi de militis testamento agitur.

I

ICilia de Auentino. Tulit L. Icilius Trib. pleb. M. Valerio, Sp. Virginio COSS. Anno CCXCVII. Ut Auentinus mons plebi ad ædificia concederetur. οσα μὲν ἴδιωται τίνες εἶχον ἐν δικαιίοις οὐσάμενοι, τῶντα τὸν πυρίον πατέχειν. οσα δὲ βεβιασμένοι τίνες οὐλοπῆ λαβόντες ὡνοδομήσαντο, λουσαμένοις τὰς δαπάνας αἷς ἀπὸ οἴδιατηται γνῶσι, τῷ διῆμῳ παραδιδόνται. τὰ δὲ ἄλλα οσα ἀπὸ δημόσια, χωρῆστος τὸν δημόνον παραλαβόντα διελέθαι. Id est, Quæ priuati quidam iure quæsita, possidebant, ea pro domino possident. quæ uero uel ui, uel clam accepta ædificijs occupabant, ea recuperatis impensis quas arbitri statuissent, populo

populo redderent. cætera uero quæ publica essent, ea populum sine precio recipere, & inter se diuidere. Dionys. lib. 10. & Liuius lib. 3.

Icilia de Tribunis pl. Tulit Sp. Icilius Trib. pl. T. Geganio, P. Minutio C O S S. Anno CCLXI. Δημάρχος γνώμην αγοράσαντος καὶ διῆμων, μηδεὶς λέξητω μηδὲν ἐναντίον, μηδὲ μεσολαβεῖτο τὸν λόγον. οὐδὲ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, διδότω τοῖς Δημάρχοις ἐγγυήτας, οὐτιθεὶς εἰς ἐπιστημῆς αὐτῷ ἐπιθῶσε βιαιας, οὐδὲ μὴ διδὼς ἐγγυήτην, θανάτῳ βιαιάθω, πατέται χρήματα αὐτῷ ιερὰ ἐστο. τῷν ἀμφισβητήσαντοι πρὸς ταῦτα τὰς βιαιας, οὐδὲ νοίσεις ἐσωσαν ἐπὶ τῷ δῆμῳ. Id est, Tribuno ad populum concionanti, ne quis contradicito, néue eum interpellato. Qui contrā faxit, prædes Tribunis dato se multam quam ipsi irrogabunt soluturum. qui prædes non dederit capital esto: familiaq; eius sacra esto. Si quid erit in multis controvērsiæ, populi iudicium esto. Dionys. lib. 7.

Iulia de prouincijs. Tulit C. Iulius Cæsar Consul cum Bibulo, ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent, neq; in ijs magistratibus populi Rom. ius dicere liceret. Cic. Pro domo sua in Pison. & de prou. Consul. Item ut magistratibus transeuntibus, eorumq; comitiibus fœnum aliaq; ab oppidis & uicis subministrarentur. Ad Att. lib. 5. & in Pison. Item ut duabus in ciuitatibus prouinciae sue Magistratus decedentes rationes suas relinquenter: easdemq; totidem uerbis ad ærarium referrent

referrent. Cicero Epist. fam. lib. 5. ep. 20. In Pison. Item, Ne coronarium aurum ijs qui prouincias obtinerent, uel decerni, uel ab ijs accipi liceret, nisi decreto triumpho. Cic. in Pison.

Iulia agraria. Tulit idem eodē tempore. Ut ager Stellas, maioribus consecratus, Item Campanus ad subdia Reip. uectigalis relictus plebi diuiderentur. Diuisit extra sortem XX. millib. ciuium, quibus terni pluresq; liberi essent. Velleius lib. 2. Plutarch. in Pomp. & in Ceſar. & in Cat. Vtic. Dio 38.

Iulia iudiciaria. Tulit idem. Ut iudicia ad duo genera iudicium redigerentur, equestris ordinis & senatorij. Tribuni uero ærarij, quod erat tertiu, tolleretur. Suetonius in Cæſare. Meminit Gellius lib. 14. capite 2. Dio lib. 43.

Iulia de sacerdotijs. Tulit idem. Ut in cooptationis sacerdotibus etiam absentium ratio haberetur. Paſſet ex lib. 1. epist. ad Brutum.

Vide Sacra book.
5. 16. 266. **Iulia repetundarum.** Tulit idem. Ut ex Vatiniā & Sextiana intelligitur. Ut ab ijs exigeretur pecunia, ad quos ea quam is ceperit qui damnatus sit, peruererit. ut transeuntibus magistratibus eorumq; comitatibus fœnum aliaq; ab oppidis & uicis subministrarentur. Ut ijdem quum de prouincia decederent, rationes in prouincia duabus ciuitatibus quæ ipsis maximè uiderentur

derentur relinquenter, & totidem uerbis ad ærarium referrent. Cicero pro Postumo. In epist. lib. 5. ep. 20.

Iulia de sacerdotijs. Tulit idem. Ut absentis ha-
ber rationem liceret. Cic. Ep. 5. ad Brutum.

Iulia de prouincijs. Tulit idem Dictator. Ne
prouinciæ Prætoriæ plus quam annum, neu plus quam
biennium Consulares obtinerentur. Cic. Philipp. I. &
in Pison. Dio lib. 43.

Iulia de legibus Cæsar. Tulit idem. Ut ei
qui in suas leges non iurasset, capitale esset. Appianus
De bell. ciuil. 2.

Iulia de fœnore. Tulit idem. Ut disiecta noua-
rum tabularum expectatione, quæ crebro mouebatur,
debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem
possessionum, quanti quasq; ante ciuile bellum compa-
rassent, deducta summa æris alieni, si quid usuræ nomi-
ne numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione
quarta ferè crediti deperibat. Sueton. in C. Cæsare. Cæ-
sar lib. 3. De bello ciuili. Eadem de modo credendi poſsi-
dendiq; intra Italiam cauebatur. Tacitus lib. 5.

Iulia de colonijs. Tulit idem. Ut ager Campa-
nus uiginti millib. ciuiū extra sortem diuidetur, eoq;
colonia deduceretur. Sueton. Julio & Augusto.

Iulia de ui publica & priuata. Tulit C. Iulius Octavius Augustus. In eos qui uim armis aut sine armis fecissent. Hoc enim est uim publicam, aut priuatam admittere. Florus Epit. CXX. Sueton. in eius uita. Sed Pauli de hac lege uerba subiici est melius. Lege Iulia, inquit, de ui publica & priuata tenetur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, uilla, agroq; deiecerit, expugnauerit, obsederit, clauserit, idue ut fieret, homines commodauerit, locauerit, conduixerit, qui ue coetum, cōcūsum, turbam, seditionem, incendium fecerit, funerari, se peliri ue aliquem prohibuerit, funusue eripuerit, turba uerit. Et qui eum, cui aqua & igni interdictum est, receperit, celauerit, tenuerit. Qui ue cum telo in publico fuerit. Templa, portas, aliudue quid publicum armatis obfuderit, cinxerit, clauserit, occupauerit. Hanc legem Iuliam publicorum & Iuliam priuatorum appellat Vlp. in l. si præses, XXXII. D. De poenit. Eadem præterea lege cauebatur, ne rem ui possessam usucapere liceret. l. 33. §. 2. D. de usurpat.

Iulia maiestatis. Tulit idem. Ut ei cuius ope cōsilio aduersus Imperatorem uel Rempub. arma mota sunt, exercitusue eius in insidias deductus est, qui ue in iussu Imperatoris bellum gesserit, delectumue habuerit, exercitum comparauerit, sollicitauerit, deseruerit Imperatorem, aqua & igni interdicatur. Tacitus lib. I. & Iurisconsulti tit. ad l. Iuli. maiest. & Paulus sentent. 5. cap. 31. Cicero Philip. I.

Iulia

Iulia de ambitu. Tulit idem. Ut qui petiturus magistratum, uel prouinciam, uel sacerdotium turbam suffragiorum caussa conduixerit, seruos aduocauerit, a liamue quam multitudinem conduixerit, cōuictus ut uis publicae reus in insulam deportetur. Sueto. in Aug. Paulus sentent. 5. cap. 32. & Iuriscons. in Pand. Diuersum tamen Dio tradit lib. 56. Ut qui magistratum ambijs= sent quinquennium à magistratibus arcerentur.

Iulia de maritandis ordinibus. Tulit idē. Ut priori ex Consulib. fasces sumendi potestas sit, qui plures liberos quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit: sed si par utriq; numerus liberorū esset, maritus, aut qui in numero maritorū est, præferatur. si ue= rò ambo & mariti & patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauretur, & qui maior natu est, prior fasces sumat. Gell. lib. 2. cap. 15. Ut ne cœlibes, néue orbi ex ciuium R. testamento quicquā caperent. I. si is qui hæres, D. de vulg. & pup. l. 1. C. De infir. pœn. cel. & Tertull. in lib. De monogamia. Ut fœminæ à mor te uiri, anni spaciū: à diuortio, sex mēsium liberū à cœ libatus pœna obtinerent. Vlp. tit. 14. Ut quæ ad cœli= bes testamento ciuis R. peruenirent, eorum pars decima ad ærariū pertineret. Ut si liberta ab inuito patrono di uerteret, alij nubere inuito patrono non posset. Ut ius in rādum quod liberto impositum est ne uxorem ducat, ei remittatur. l. 6. §. 3. De iure pat. l. 1. D. und. uir & ux. Ne senatores eorumue liberi, libertinas & quæ ipse, quarumue pater matérue artem ludicram fecerit, item

*ex numero corpore quæstū facientium uxorem ducant.
Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, à less
none lenāue manumissam, & in adulterio deprehēsam,
& iudicio publico damnatam, & quæ artem ludicram
fecerit. Paulus l. 44. D. de ritu nupt.*

Iulia de uicesima. Tulit idem. Ut quæ hæreditates, legata, & donationes mortis caussa ad alienos, aut locupletes peruenirent, earum pars uicesima ad fiscum pertineret. Ut testamenta in municipijs, colonijs, oppidijs, prefectura, uico, castello, conciliabulo facta, in foro uel basilica, præsentibus testibus uel honestis uiris, inter horam secundam & decimam diei recitetur, exemploq; sublato ab ijsdem rursus magistratibus obsignato, quorum præsentia constat apertum. Ut testamentum statim post mortem testatoris aperiatur, hoc est, à præsentibus intra triduum uel quinq; dies: ab absentibus quoq; intra eos dies, cum superuenerint. Ut testes, uel maxima pars eorum adhibeantur, qui signauerint testamētum, ita ut agnitis signis, rupto lino aperiatur & recitetur, atq; ita describēdi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in Archiuum redigatur, ut si quando exemplum eius interciderit, sit unde peti possit. Dio. lib. 38. & Paul. Sent. 4. tit. 6.

Iulia de iudicijs. Tulit idem, qua formam iudiciorum tum publicorum tum priuatorum præscripsit, Gellius lib. 14. cap. 2. Ut qui nomen alicuius deferrent, locum, annum, & mensem, quo crimen admissum erit,

de=

designet l. 3. De accusat. Ne eodem tempore, de duobus reis quis quereretur, nisi suarū iniuriarū caussa l. 12. eod. Ne inuito denuncietur, ut testimonium dicat aduersus sacerum, generum, uitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosque qui priore gradu sint. item ne liberto ipsius, liberorum eius, parentū, viri, uxoris. item patroni, patronæ. Et ut ne patroni patronæ aduersus libertos, neque liberti aduersus patronum cogatur testimonium dicere l. IIII. D. De testib. Ut inter priuatos qui in iudicem consensissent, iuris dicendi ei iudici potestas esset l. 2. §. I. D. De iudic. Ne qui iudex sit, arbitriū recipere eius rei de qua iudex est, in ueste se promitti iubeat l. 9. De arbitr. Ne minor annis uiginti iudicare cogatur l. cum lege XLI. D. De arbit.

Iulia Caducaria. Tulit, opinor, idem, et eiusdem legis haec duo fuere capita. Ut si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed ius suum omiserit, bona publicetur. Vlp. cap. Instit. 23. Idem l. 4. §. eodem D. De fideic. lib. Quare et si caducarijs legibus bona delata sint idem erit probandum. Sic enim locum hunc nobis restituit Jacob. Cuiatius vir acri ingenio, eximiaque doctrina praeditus. Eandem legem Iuliam significat Julianus l. XCVI. §. I. De legat. Et fid. libro primo.

Iulia de adulterijs. Tulit idem. Si quis stuprum adulteriumque faceret, sciens, dolo malo. Suet. in Augusto. Et iurisconsulti tit. Ad leg. Iuli. de adult. Cornelius Tacitus

*citus lib. 2. Huius caput etiam hoc fuit, Ne maritus dota
le prædium inuita uxore alienet: néue id, etiam eius uo-
luntate, oppigneret. Paulus lib. Sent. 2. cap. 22. & Iu-
stini. sub tit. Quib. alien. licet.*

Iulia Theatralis. Tulit idem. Ut equitibus Ro-
quibus ipsis parentibus sue equester census unquam fuis-
set, in quatuordecim ordinibus lege Roscia Theatrali
constitutis considere liceret. Sueton. Augusto. Plinius li-
bro 33. cap. 2.

Iulia sumptuaria. Tulit idem. Ut profestis die-
bus ducentos numos in conuiuijs consumere liceret: Ca-
lendis, Idibus, Nonis, & alijs quibusdam festiuis trecen-
tos, nuptijs autem & repotij HS millies. Gellius libro
2. cap. 24.

Iulia de manumissionibus. Tulit idem. Ut
Imperator, cum seruum manumittit, non vindictam im-
ponat: sed simpliciter liberum esse iubeat. Paulus l. apud
eum, 14. D. de manumiss. Qua lege tam manumissoris
quam manumissi ætatem definiuit, iuraq; quibus patro-
ni aduersus libertos uterentur constituit. Dio lib. 55.

Iulia de ueneno. Nominatur à Sueton. in Neu-
rone.

Iulia peculatus. Tulit idem. Ut qui publicā pe-
cuniam attrectauerit, surripuerit, mutauerit, seu in usus
suis

*suos conuerterit, in quadruplum eius pecuniae quam su
stulit, condemnatur. Paul.lib.sent. 5.cap. 29.*

Iulia de ciuitate. Tulit Sex.Iulius Cæsar COS.
cum L.Martio, Anno DCLXII. Ut ciuitas socijs & La
tinis omnibus daretur. Cicero pro Balbo, Gellius libro
4.cap. 4. & Appianus De bello civili libro primo, &
Eutropius.

Iulia Titia de tutoribus. Tulere. Ut
prouinciarum præsides mulieribus pupillisue tutores
non habentibus, tutores darent. Iustin. De Attil.tut. &
Vlp.cap.Instit. 11.

Iulia de cessione bonorum. Tulit. Ut
qui sine dolo suo malo æri alieno satisfacere nō posset,
bonis suis cedendo, liberaretur. l. 4. C.Qui bon.ced.
poss. & in Cod.Theodosiano lib. 4.tit. Qui bonis ex le
ge Iulia cedere possint.

Iulia de limitibus. Tulit. Ut per actua
rios limites populo eundi ius esset sicut per viam publi
cam. Hyginus in libello, De limitib.constit. Apud Fron
tinum autem Tiberij Cæs. cōstitutio legitur, ex qua hæc
sumpsimus. Est & aliud monumentum quod non longe
ab ædibus uel itinere publico constitutum, id est, iuxta
legem Semproniam & Iuliam, quod cardinibus & De
cumanis constitutum esse monstratur. quod rationem si
nium recipere uidetur: id est, concurrentium linearum
atq;

atq; secantiam se inuicem, & ordinem in utroq; custo-
dit, limitum rationem discernens.

Iulia Miscella de testamentis. Tullit. Ut coniugi superstiti legatū sibi à demortuo ea lege nematrimonium aliud contraheret, ita capere, ius esset si intra annum iuraret se liberorum querendorū caussa uel le nubere. Iustinian. in tractatu de indicta uiduitate, ex lege Iulia Miscella tollenda. lib. Cod. 6. tit. XL. & No-
uell. const. 22. ubi Iustinianus Iulium Miscellam huius legis auctorem, contra omnia antiquitatis exempla, & falso, meo iudicio, nominat. quin etiam quod eodem lo-
co L. Mutium Scæuolam scribit legi cautionē apposuisse, ut anno præterito coniunx aliter legatum capere nō posset, quam si cautionem dedisset, se ad secundas nuptias non peruenturum: falsum opinor sed ita cautionē interpretor, ut ad hoc quoq; negotium, Mutianæ cau-
tionis usus adhiberetur.

Iulia Plautia de usucaptionibus. Vide, Iulia de ui, & Plautia de ui. Ne res ui possessas usucapere illo tempore liceret. Iustin. De usucap. lib. Inst. I.

Iunia de Regio, & Consulari imperio. Tullit L. Junius Brutus solus Consul: Anno CCXLIII. Ut imperium Tarquinio abrogaretur, ut ipse idem cum coniuge ac liberis itemq; omnes Tarquiniae gentis exulant: ut capitale esset si quis de ijs reuocandis mentione faceret: ut regio imperio abrogato, Consules duo regia poter-

*potestate quotannis comitijs centuriatis à populo crea-
rentur. Dionys. lib. 4. Liuius lib. 2.*

Iunia de Tribunis pleb. Vide Sacra.

**Iunia Licinia, de legibus. Tulere D. Iunius,
et L. Licinius C O S S. Anno ab Urbe condita, D C=**
**XCI. Ut leges trimundino antè promulgarentur, quām
ad populum ferrentur. Cic. Philipp. 5. Epist. ad Att. 1. et
4. et Vatiniana interrogatione, Pro domo sua.**

**Iunia Vellea de hæredum institutione. Tu-
lere. Ut qui testamentum faceret, is omnem uirilis
sexus qui ei suus hæres futurus erit cum nascetur, insti-
tuendi, ex hæredandiue potestatem haberet, etiam si ui-
uo parente nascerentur. item, ut si quis ex suis hæredi-
bus suis hæres esse desineret, liberi eius et cæteri in lo-
cum suorum sui hæredes succederent. Scœuola l. gallus
39. De lib. et postum.**

**Iunia Norbana de libertinis. Tulere M. Iu-
nius Silanus, L. Norbanus Balbus C O S S. Anno DCC=**
**LXXI. Ut iij serui qui neq; censu, neq; uindicta, neq; te-
stamento. sed aut per epistolam, aut inter amicos, aut
conuiuij adhibitione liberi fierent, non ciues Romani,
sed eodem iure, quo Latini coloni essent. Ut si Latinus
ciuem Romanam, uel Latinam uxorem duxerit, testa-
tione interposita, quòd liberorum querendorum cauf-
sa uxorem duxerit, postea filio filiā ue nato, natā ue
et anniculo facto, possit apud Prætorem uel Præsidentem
pro-**

prouinciae causam probare, & fieri ciuis Romanus, tam
ipse quam filius, filiaue eius & uxor, scilicet si & ipsa
. Latina sit. Ut Latinorum legitimae successiones nullae
prorsus essent: sed eorum bona manumissiores, tanquam
seruorum peculia sibi haberent. Ut liberti ius ciuitatis
R. non ante haberent, quam ius aureorum annulorum,
aut natalium restitutionem a principe impetrassent: VI
pian. in Institut. tit. 3. Iustin. §. V. De success. lib. Idē Nou.
LXXVIII.

Iunia Petronia de libertate. Tulere C. Junius
Cæsarius, Petronius Turpilianus COSS. Anno DCCC-
XIII. Ut si dissonantes pares iudicum existant sententiae,
pro libertate pronūcietur. Hermogen. l. 2 4. D. De ma-
num. Ab eodem quoq; Petronio lex Petronia de seruis
infra suo loco numeratur.

L

Abiena desacerdotijs. Tulit T. Labienus
Trib. pl. Cicer. Antonio COSS. Anno DCXC.
Ut ius creandorum sacerdotum penes collegia es-
set ex ueteri lege Domitia, quam lex Cornelia abroga-
rat. Dio lib. 37.

Lætoria de minoribus. Tulit. Ut ijs
qui uel furiosi, uel prodigi essent, curatores darentur:
qui eos circumscripsissent, iudicio publico tenerentur.
Cicero De offic. 3. De nat. deorum 3. & Capitol. in An-
ton.

ton. Philos. Ne à minoribus uiginti quinq; annis stipula
rlicheret: hoc est, ne stipulatione obligari possent. Sue-
tonius in quarto Prætorum, apud Priscianum lib. 8. Et
hoc illius caput meo iudicio Plautus significat in Pseu-
dolo, ubi Callidorum adolescentem sic loquentem facit.
Nimis sum miser: numum nusquam reperire argenti
queo. Ita miser & amore pereo, & inopia argentaria.
Perij, an non tam lex me perdit quina uicenaria. Me-
tuunt credere omnes.

Licinia de fœnore. Tulit idem Furio, Clælio,
&c. Trib. mil. Anno CCCLXXVI. Ut deducto eo de
capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod super
esset, triennio æquis portionibus persolueretur. Liuius
libro sexto.

Licinia de magistratib. è plebe creandis.
Tulit idem. Ne tribunorum militum comitia fierent, sed
Consulum, & utiq; alter ex plebe crearetur. Liuius li-
bro sexto.

Licinia agraria. Tulit C. Licinius Stolo Tribu-
nus pl. Aemilio, Valerio, &c. Tribun. mil. Anno CCC=
LXXVII. Ne quis plus quingenta iugera agri, centum
pecoris maioris capita, quingenta minoris possideret.
Varro lib. de re Rust. 1. Liuius lib. 6. Appian. De bellis
ciuilib. 1. Gellius libro 20. cap. 1. Valerius lib. 8. capite
6. Plinius lib. 18. cap. 3. Velleius lib. 2. Plutarchus in
Camillo & in Grachis.

d

Lici-

Licinia sumptuaria. Tulit P. Licinius Crassus Diues COS. cum Cn. Lentulo, Anno DCLVI. Ut Calendis, Nonis, nundinis Romanis, cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edundi causa consumere liceret. nuptijs ducentos. ceteris uero diebus. qui excepti non essent, tricenos: quum et carnis aridae pondo tria, et falsam et torum pondo libram concederet. quod autem est terra, uite, arboreue natum esset, id impunè consumere liceret. Macrobius. lib. 3. cap. 17. Gellius. lib. 2. cap. 24. Cicero lib. 7. epist. ad Gallum ep. 27. Et Festus, Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſib. praeter terræ nata impendebatur, id est, centum assibus, qui erant breves numi ex ære. Lubet autem hoc loco illud si minus tempestive, non tamen sine cauſa subiucere, decotoribus, et legis huius contemporibus dici à Prætore solitum. Quādo tu bona patria auitaque, nequitia tua dissiparis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. Sic enim duobus prope ab hinc annis illam formulam, correxi, cuius rei cum alij complures, tum Bonifacius Amerbachius, et Paulus Manutius uiri clarissimi, et eruditissimi, quibus, ut fit, eiusmodi de rebus interdum scribo, testes esse possunt. Quod ego propter spem quam de notis Iac. Cuiacij Lurisc. excellentis in Pauli sententias, concepi: testari hoc loco uolui. nam à me quoque iam pridem idem liber emendatus est. sed eius generis haec res est, quæ duos dominos ferre possit.

Licinia de ludis Apollinaribus. Tulit P.

Lici-

INDEX

51

Licinius Varus Prætor Vrb. Claudio, Quintio COSS.
Anno DXLV. Ut ludi Apollinares qui die incerta fie= bant, in perpetuum in statam diem uoueretur. itaq; ipse primus ita uouit, fecitq; ante diem tertium nonas Quin tiles. is dies deinde solennis seruatus. Liuius lib. 27.

Licinia Cassia de bello Persei. Tulere Lici= nius, Caſſius COSS. Anno DXXCII. Ut quod Perſeus Philippi filius Macedonum rex aduersus fœdus cum pa tre Philippo iustum, & secum post mortem eius renouatum, socijs populi R. arma intulisset, agros uastasset, ur besq; occupasset, quodq; belli parandi aduersus popu lum R. cōſilia inisſet, arma, milites, classem eius rei cauſa comparasset: ut niſi de ijs rebus satisfecisset, bellum cū eo iniretur. Liuius lib. 42.

Licinia Cassia de Tribunis militum. Tu= lere ijdem C O S S. Ne Tribuni militum eo anno suffra= gijs crearentur, sed Consulum Prætorumq; in ijs facien dis iudicium arbitriumq; esſet. Liuius lib. 42.

Licinia & Mutia de peregrinis. Tulere Li= cinius Crassus, & Q. Mutius Scæuola COSS. Anno DCLVIII. Ut socij Latini, Romanæ ciuitatis iure priua ti, suas in ciuitates redigerentur. Ascon. in Cornelianā, & pro Scauro. Cicero in Bruto, & lib. De offic. 3. De orat. 2. pro Corn. Balbo, & pro Sextio. Appian. lib. I.

Licinia de sodalitijs. Nominatur à Cicerone
d a i

Licinia Aebutia de legumlatoribus. Tulerere. Ut ne ei qui legem de curatione potestatēne aliqua tulerit, eiūsue collegis, cognatis, affinibus ea potestas curatione mandaretur. Cicero in Orat. 2. contra Rullum. & in orat. Pro domo sua.

Licinia rogatio de sacerdotijs. Promulgavit Q. Licinius Crassus, ut sacerdotum cooptatio ab ipso forum collegio ad populum trāsferretur, Cic. in Lælio.

Licinia Iunia de legibus. Vide Iunia Licinia.

Liua de Colonijs deducendis. Tulit M. Liuius Drusus Trib. pl. Domitio, Fannio C O S S. Anno DCXXXI. Ut duodecim coloniae deducerentur, & singulis tria ciuiū millia assignarētur. Plutar. in Grachis.

Liua de socijs Latini nominis. Tulit idem. Ne quē Latini nominis uirgis in exercitu cædi liceret. Plutarch. ibidem.

Liua de uectigalibus. Tulit idem. Ut pauperibus quibus agri diuiderentur, uectigal quod ex lego Sempronia pendebat, remitteretur. Plut. ibidem.

Liua de re nummaria. Tulit idem. Ut octaua æris pars argento misceretur. Plinius lib. 33. cap. 3. **Liua**

Liuia iudiciaria. Tulit M. Liuius Drusus Trib.
pl. L. Martio, Sex. Julio COSS. Anno DCLXII. Ut
equa ex parte iudicia penes Senatum & equestrem or
dinem essent. Ascon. in Corneliam. Cicero De orat. 3.
Florus in epit. LXXI. Appianus autem rem sic ex=
plicat. τῶν βαλευτῶν διὰ τὰς γάστρες τότε ὄντων μό^ν
λις αὐμφίτῳ τριακοσίων, τοσύσδε ἐτέρος αὐτοῖς ἀπὸ^ν
τῶν ιππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίλιν προιαταλεγύλινον,
καὶ ἐν τῷδε πάντων ἐστὸ μέλλον εἴναι τὰ διηγή=
σμα. εὐθύνας τε ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι θωρακονίας προσέ=
γαφερ. ἐγκλήματος ἵσταται καὶ ἀγνοούμενος, διὰ τὸ ἐ^π
θος, τῆς θωρακονίας αὐτέδηλως ἐπιτωλαζούσθις. Quum
per id tempus propter superiores seditiones uix trecen=ti
senatores essent, totidem ex equestri ordine arbitra= tu
bonorum uirorum delectos ipsis adiunxit, uti dein=
ceps ex hisce omnibus iudices legerentur: utiq; de pecu=nia ob rem iudicandam accepta causam dicere cogerentur,
quod crimen consuetudine iam pro nullo numerabatur, quum largitiones sine ullo pudore increbuisse[n].
Hec ille lib. De bell. ciuilib. I.

Liuia agraria. Tulit idem. Ut Sempronie leges
de agris populo diuidendis ualerent.

Liuia frumentaria. Tulit idem. Ut Sempro=nia
lex de frumento plebi ex publico uiritim dando uale=leret.

Liuia de colonijs deducendis. Tulit idem.

d 3 vt

Vt lex Sempronia ea de re ualeret.

Liuia de socijs. Tulit idem. Ut socijs omnibus ius ciuitatis Romanæ daretur: quod ante ipsum M. Fulvius C O S. tentarat. Liuius tamen in perferenda lege occisus est. Appianus, De bell. civil. I. Florus, et Cicero De legib. 3.

Lutatia de ui publica. Tulit Q. Lutatius Catulus C O S. cum C. Mario Anno D C L I. Ut de seditionis conseleratisq; ciuibus, qui armati Senatum obserint, magistratibus uim attulerint, Rep. oppugnarint, quotidie etiam diebus festis ludisq; publicis quererentur, Cicero pro Cælio.

M

Mamilia de terminis. Eius aliquot locis mentio fit in libro De agrorum cōditionibus, constatq; ex Aggeno Vrbico et lib. Cic. De legib. 2. eam in finibus agrorum quinq; aut sex pedum latitudinem præscripsisse, quos usucapi uetaret. In libello uero Variorum autorum eidem uolumini subiecto, Mamilia, Roscia, Peducea, Alliena, Fauia nominantur: sed capita trium cunctaxat postremarum legum referuntur: quia neq; de quinq; pedū præscriptione mentio ulla fit: Et haec notæ K.L. 3. itē 4. Et 5. caput legis tertiae, quartæ, et quintæ subscribi tantum significant: quas suum in locum refer emus.

Mas

Mamilia de senatoribus à Iugurtha corruptis. Tulit C. Mamilius Limetanus Trib. pl. Sp. Postumio, Q. Minutio COSS. Anno DCXLIII. Vti quæ reretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset, quiq; ab eo in Legationibus aut imperijs pecunias accepissent, qui elephantos, quiq; perfugas tradidissent, item qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Sallust. Iugurth.

Mania, Vide Menia.

Manilia de bello Mithridatico. Tulit C. Mamilius Tribun. pl. M. Lepido, L. Volcatio COSS. Anno DCXXCVII. Ut belli Mithridatici administratio Cn. Pompeio mandaretur. Provincia uniuersa cui Lucullus præfuerat, omneq; ipsius imperium, exercitus, & copiæ Pompeio mandarentur: & hoc amplius Bithynia adiungeretur, cui Glabrio præerat: classis item & copiæ omnes maritimæ quas ipse initio belli Piratici habuerat: omnes præterea provinciæ, quibus solis Lege Gabinia non præfuerat, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis superior, & Armenia. Cic. Pro lege Manilia, Plutarchus in Pompeio, Appianus in Mithridat. Florus epit. C. Dio lib. 26.

Manilianæ leges uenaliū uendendorū.
Ab Antonio dicuntur in lib. De orat. i. pro Cautiones.
ut apud Catonem, Lex uiniuendendi, oleæ facienda.

d 4 Manlia

Manlia de uicesima. Tulit Cn. Manlius COS. cum C. Martio, Anno CCCXCVI. Ut ij qui manumitterentur, fortunarum suarum uicesimam aerario dareret. Liuius lib. 7.

Manlia de sacerdotijs. Tulit P. Manlius Trib. pleb. L. Furio, M. Marcello COSS. Anno DLVII. Ut propter sacrificiorum multitudinem Tresuiri Epulones crearentur; quum essent ipsi à Numa, ut etiam ludorum illud epulare sacrificium facerent, instituti. Ius præterea togæ prætextæ habendæ, item ut Pontifici, eisdem esset. Cicero De orat. 3. Liuius 33. Vbi tamen T. Romuleius legitur: quod Car. Sigonius, uir eruditissimus, & de literis optimè meritus ex coniectura emendauit.

Manlia de C. Mario. Tulit L. Manlius Trib. pl. C. Mario. L. Cassio COSS. Anno DCXLVI. Ut eidem C. Mario prouincia Numidia mandaretur.

Martia Atinia de pace Macedonica. Tulerere Q. Martius, C. Atinius Tribuni pleb. Furio Claudio COSS. Anno DLVII. Vellent iuberentne cum rege Philippo pacem esse? omnes quinq; & triginta tribus, uti rogas, iusserunt. Liuius lib. 33.

Martia de magistratibus. Tulit Martius Censorinus, Ne cui bis censuram gerere liceret. Plutarch. in Coriolano.

Martia

Martia de Statellis. Tulere M. Martius Sermo,
 & Qu. Martius Sylla Tribuni pleb. Popillio, Aelio
 C O S S. Anno DXXCI. Ut qui ex Statellis (Liguriæ
 populis) deditis in libertatem restitutus ante Kalendas
 Sextiles primas non esset, cuius dolo malo is in seruitu-
 tem uenisset, ut iuratus Senatus decerneret, qui eam rem
 quereret, animaduerteretq;. Liuius lib. 42.

Maria de suffragijs. Tulit C. Marius Tribun.
 pl. L. Cæcilio, L. Cotta COSS. Anno DCXXXIII. Ut
 pontes per quos suffragia in comitijs ferebantur angu-
 stiores fierent, ne quis illic qui suffragium ferret consiste-
 re posset ad appellandum rogandumq;. Cicero De le-
 gib. 3. Plutarch. in Mario.

Maria de re numaria. Tulit M. Marius Gra-
 tidianus Prætor L. Sylla Dictatore. Ut numi certa tum
 excogitata ratione probarentur. Iactabatur enim tem-
 poribus illis numerus, sic, ut nemo scire posset, quid habe-
 ret. Cicero De offic. 3. Plinius lib. 33. cap. 9. qui legem
 hanc nominatim appellat, cum Cicero Prætoris edi-
 etum de Rostris promulgatum fuisse scribat.

Maria Porcia de triumpho. Tulere L. Ma-
 riis, M. Cato Tribuni pl. Ut poena afficerentur ij, qui
 aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium
 falsum numerum literis senatui retulissent. Ut cum pri-
 mum urbem intrassent, apud Quæstores urbanos iura-
 rent, de utroq; numero uerè ab ijs Senatui scriptum
 d 5 esse

esse. Valer. lib. 2. cap. De iure triumph.

Memmia de Iugurtha, Romam euocādo.
Tulit C. Memmius Trib. pl. P. Scipione Nasica, L. Bestia
Calpurnio COSS. Anno DCXLII. Vti L. Caſſius Præ-
tor ad Iugurtham mitteretur, eumq; interposita fide pu-
blica Romam duceret, quo facilius iudicio regis, Scauri
& reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessabant, deli-
cta patefierent. Sallust. De bello Iugurth.

Memmia de reis postulandis. Tulit.
Vt eorum qui Reip. causa abessent nomina ne in reos re-
ciparentur. Vt calumniatoribus poena cōſtituto iudicio
imponeretur. Val. Max. lib. 3. cap. 7. Cicero pro Sex.
Roscio. Papinian. l. 13. De testib. l. 1. §. 1. Ad S. C. Turpil.
Legitur tamen Remmia.

Menenia Sextia de multa. Tulere T. Menenius, P. Sextius COSS. Anno CCCI. Autor Festus lib.
14. cuius uerba ſic opinor, legenda ſunt, Peculatus fur-
tum publicum dici coeptum est à Pecore: quia ab eo ini-
tium eius fraudis eſſe coepit. ſiquidem ante æs aut argen-
tum signatum ob delicta poena grauiſſima erat duarum
ouium, & triginta boum. quæ pecudes postquam ære
signato uti coepit populus R. Tarpeia lege cautum eſt,
Vt bos centuſis, ouis decuſis aſtimaretur. Eam legem
fanxere T. Menenius Lanatus, & P. Sextius Capito-
linus COSS.

Menia

Menia de auctoritate patrum. Nominatur à Cicerone in lib. De claris orat. Eaq; uidetur esse quæ apud Festum lib. 14. Minia nominatur in dictione Pror sus: & apud Nonium fortasse, in uoce Sugillare, ubi ait, Sugillare, occludere. Varro Geminis, Contra lex Mania est in pietate, ne filij patribus luci clara sugillent oculos. Alludere uidetur ad patrum nomen, quo lex Menia patritios intelligebat.

Mensia de ciuitate. Tilit. Ut ex altero peregrino natus, deterioris parentis conditionem sequatur. Vlp. cap. Instit. 5. Et hanc idem in l. lex natu-
rae, 24. De stat. hom. speciale legem intelligit.

Minutia. Meminit Festus libro XIII. in uoce, osi sunt.

Muneralis lex uocata est, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. Festus, qui Plauti uersus citat quos in Cincia retulimus.

O

O Gulnia de sacerdotijs. Tulere Q. & Cn. Ogulnij Trib. pl. M. Valerio, Q. Appuleio COSS. Anno CDLIII. Ut cum quatuor Augures, quatuor Pontifices ea tempestate essent, placetq; augeri sacerdotum numerum, quatuor Pontifices, quinq; Augures, de plebe omnes allegarentur. Ita deinceps octo pontifices, nouem augures fuerunt. Liuius libro decimo.

Oppia

Oppia de matronarum cultu. Tulit C. Op-
pius Trib. pl. Q. Fabio, T. Sempronio COSS. Anno
DXL. Ne qua mulier plus semuncia auri haberet: neu
uestimento uersicolori uteretur: neu iuncto uehiculo in
urbe oppidoue, aut proprius inde mille passus, nisi sacro
rum publicorum causa ueheretur. Liuius libro 34.
Tacitus lib. 3.

Optima lex, quum nominabatur in magistro po-
puli faciendo, qui uulgò Dictator appellabatur, quam
pleniſſimum posset ius esse significabatur. Ut fuit M. Va-
lerij Marci filij Volusij nepotis, qui primus magister po-
puli creatus est. Postquam uero prouocatio ab eo ma-
gistratu ad populum data est, quæ antea non erat, de-
ſitum est dici, Ut optima lege. utpote imminuto iure
priorum magistrorum. Hæc Festus. Idem alibi, In
magistro populi faciendo, qui uulgò Dictator appellas-
tur, quam pleniſſimum posset ius esse significabatur.
Postquam uero prouocatio ab eo magistratu ad popu-
lum data est, quæ antea non erat: desitum est dici, Ut o-
ptima lege: utpote imminuto iure priorum magistro-
rum. Hactenus Festus.

Orchia de numero conuiuarum. Tulit C.
Orchius Trib. pleb. Q. Fabio, M. Claudio, COSS. An-
no DLXX. Macrobius lib. 3. cap. 17. Festus libro 13.
Obsonitauere.

Pacunia

P

PAcuuaia de mensis Augusti nomine. Tu
lit Sex. Pacuvius Trib. pleb. Augusto Imperato=
re, Ut qui mensis antea Sextilis uocabatur, quod
à Martio qui primus olim fuerat, sextus esset: is dein=
ceps Augustus ab Augusto Imp. diceretur. Macrob. lib.
Sat. 2. cap. 12.

Pagana lege in plerisq; Italiæ prædijs cauetur, ne
mulieres per itinera ambulantes, torqueant fusos, aut
omnino detectos ferant: quoniā aduersetur id omnium
spei, præcipueq; frugum. Plin. lib. 28. cap. 2.

Papiria Iulia de multarum æstimatione.
Tulere L. Papirius, L. Julius COSS. Anno CCCXXIII.
Liuius lib. 4. uide Ateria.

Papiria de suffragijs. Tulit C. Papirius Carbo
Tribun. pleb. Popilio, Rupilio COSS. Anno DCXXI.
Ut in iubendis legibus aut uetandis populus tabella suf=
fragium ferret. Cic. De legib. 3.

Papiria de consecratione. Tulit idem. Ne in=
iussu plebis ædes, terram, aram, aliām uerem illam con=
secrare liceret. Cicero Pro domo sua.

Papiria de re numaria.. Tulit, opinor, L. Papî
rius Trib. pl. Ut asses essent semunciales. Plinius lib. 33.
cap. 3. Hanc autem à Festo lib. 17. in uoce Sestertius no=
minari

minari, mihi non est dubium: tametsi corruptus locus optimi scriptoris sententiam obscuret.

Pappia de ciuitate. Tulit C. Papius Tr. pl. Cotta, Manlio C O S S. An. DCXXCILX. Ut peregrini urbe Roma expellerentur. Cicero De offic. 3. Pro Balbo, Pro Archia. Dio lib. 37.

Pappia de Vestalis capiundæ ritu. Tulit. Ut Pontificis Max. arbitratu uirgines è populo uiginti legantur, sortitioq; in concione ex eo numero fiat. Gellius lib. 1. cap. 12.

Pappia de socijs. Tulit. Ut socij Latini in suas ciuitates redigerentur. Ut iudicium socijs & ciuitatibus exteris constitueretur, repetendi eius caussa, qui in ciuitatis Ro. censum irrep̄sisset. Valer. lib. 3. cap. 4. Cic. in Corneliana.

Pappia Poppæa de maritâdis ordinibus. Tulere M. Pappius Mutilus, Q. Poppæus Secundus, C O S S. Augusto Imperatore: ut constat ex Dione, apud quem Popilius legitur, pro Poppæus. Ut qui Senator esset, quiue filius, nepos, pronepôsue ex filio, uel ex filia natus, cuius eorum esset, ne quis eorum sponsam, uxorémue sciens dolo malo haberet libertimum, aut eam quæ ipsa, cuiusue pater, matérue artem ludicram

eram facit, fecitue: néue Senatoris filia, neptisue ex fi-
lio, proneptisue ex nepote, filio nato, nata, libertino,
eius qui ipse, cuiusue pater, matérue, artem ludicram
facit, fecitue, sponsa nuptáue sciens dolo malo esset. Ut
quæ ad orbos testamento ciuis R. peruenirent, eorum
pars decima ad fiscum pertineret. Ut ne quinquagin=ta annis minor sexagenario nuberet: aut uir hac æta=te iunior quinquagenariam fœminam duceret in uxo=rem. Ut patronis qui ius trium liberorum habeant, contra tabulas testamenti liberti, aut ab intestato con=tra suos hæredes non naturales bonorum possesso de=tur. Ut patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, li=bertinæ tribus idem iuris detur, quod patronis ex edi=cto. Ut liberis ingenuæ tritam liberorum iure hono=ratæ idem iuris, quod ipsi patronæ tribuatur. Ut om=ni bus ingenuis, præter Senatores, eorumq; liberos, u=xores libertinas habere liceret. Tacitus libro tertio.
Iurisconsulti sub titulo, De ritu nupt. De uulg. sub=situt. De iur. patron. & alijs locis innumeris. Vl=pianus capite Institutionum uicesimono. Dio li=bro LVI.

Pappia de iure patronatus. Tulit idem. Ut ex bonis eius qui HS. centum millium patrimonium reli=querat, & pauciores quam tres liberos habebat, siue is testamento facto, siue intestatus mortuus erat: uiri=lis pars patrono deberetur. Itaq; quum unum quidem filium hæredem reliquerat libertus, perinde pars dimi=dia debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiue intesta:

intestatus deceſſisset: quum uero duos duasue hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus. Item, Ut libertus qui duos liberos in potestate haberet, operarum obligatio- ne liberaretur. Iustin. §. 1. De ſucess. libert. Et in Pand. sub tit. De bonis libert. alijsq; locis compluribus.

Pedia de ui. Tulit Q. Pedius COS. cum Augu-
ſto Cæſare, Anno DCCXI. Ut qui C. Cæſaris cædis au-
ctores eſſent, iudicio conſtituto rei fierent, & damnatis
aqua & igni interdiceretur. Appian. lib. De bello ciuili
3. Sueton. Nerone, & Galba. Velleius lib. 2.

Peducea de incestu. Nominatur à Cicerone
De nat. deor. 3.

Peducea de terminis. Tulit. In libello
Variorum autorum De agrorum conditionibus his edi-
ta eſt uerbis, quæ tamen aliqua ex parte correxi-
mus. Quæ colonia hac lege deducta, quodue municipiū, præ-
fectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit, qui ager
intra fines eorum erit, ſi termini in eo agro ſtatuti non
erunt, quo in loco terminus non extabit, in eo loco iſ cui
ius iſ ager erit, terminum deſtituendum curato: utq; re-
cte factum eſſe uelit, magistratus qui in ea colonia, mu-
nicipio, præfectura, foro, conciliabulo iure dicundo
præerit, facito ut fiat.

Pefulania de danno à canibus illato. Tu-
lit

I N D E X 65

lit. *Vt si canis pauperiem fecerit, damnūm ue de-
derit, in dominum actio detur, ut aut damni æstimatio-
nē subeat, aut canē noxæ dedat.* Paul. Sent. lib. I. cap. 15.

Petillia de peculatu. Tulit Q. Petillius Tribu-
nus pl. Aemilio, Flaminio C. O S S. Anno DLXVI.
Vellent, iuberent, queratur, quæ pecunia capta, ablata,
coacta ab rege Antiocho est, quiq; sub eius imperio fue-
runt: quod eius in publicum relatum non est, uti de ea re
Ser. Sulpitius Prætor urb. ad senatū referat. Omnes tri-
bus uti rogas iusserunt. Liuius lib. 38.

Petilia de fœnore. Vide Pætilia.

Petronia de seruis. Tulit, opinor, Petronius
Turpilianus COS. cum Cæsonio Pæto, Anno DCCC=
XII. Ne dominis potestas esset ad bestias depugnan-
das suo arbitratu seruos tradere, ut ei qui iure uiri de-
latum adulterium non peregisset, nunquam postea de-
ferre hoc crimen liceret. Modestinus l. II. D. ad leg.
Cor. De siccari. Impp. l. I 5. C. ad leg. Iul. De adult. Ab eo=
dem Petronio & collega Iunio supra Iunia Petronia nu-
merata est.

Petronia de peregrinis. Tulit. *Vt pe-
regrini urbe Roma expellerentur.* Cic. lib. De offic. 3.
Hanc, opinor, Festus lib. I 6. in uoce Respublicas eo lo-
co significat, ubi nunc P. Ennij de peregrinis corrupte,
meo iudicio, legitur.

e

Pimaria

Pinaria de ambitu. Tulit, L. Pinarius Trib. milit. cum collegis. Anno CCCXXII. Ne cui album uestimentum addere petitionis caussa liceret. Liuius lib. 4. Lex tamen non tenuit, ut ex omnium temporum consuetudine intelligitur.

Plautia iudiciaria. Tulit M. Plautius Siluanus Tribun. pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone COSS. Anno DCLXIII secundo anno belli Italici, quum equester ordo in iudicijs dominaretur, ut tribus singulæ ex eo numero quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent. ex eo factum est, ut senatores quoq; in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Tum primum Senatores cum equitibus R. iudicarunt. Cicero in Orat. pro Cornelio, Epist. Att. lib. IV. & Ascon. Ex quo intelligitur, quum equites soli iudicarent, XXXV. tribus dedisse singulas iudices XV. itaq; iudices CCCCL. fuerunt: & iudicia inter tres ordines, senatorium, equestrem, & plebeium communitata sunt.

Plautia de ui publica. Tulit idem. Ut de ijs qui uim publicam, armatis hominibus fecissent, questio constitueretur. Meminit Cicero, De respōs. arus. pro Milone. Lib. epist. ad Qu. Fratrem II. & ad Att. 4. Sallust. in Catil. Ascon. in Milon. & Cœlius ad Ciceronem lib. ep. 8. Item, Ne rem ui possessam usucapere liceret. Iulianus l. 33. §. 2. D. de usuc. Lex Plautia & Iulia ea demum uetus longa possessione capi, quæ ui possessa fuissent:

non

non etiam ex quibus ui quis deiectus fuisset.

Plautia Papiria de ciuitate. Tulere M. Plautius Siluanus, C. Papirius Carbo Tribuni pl. Cn. Pompeio, L. Catone C O S S. Anno DCLXIII. Ut ciuitatis ijs daretur, qui foederatis ciuitatibus adscripti fuissent, si & cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & sexaginta diebus apud Praetorem essent profisi. Cicero pro Archia poeta.

Pletoria. Vide Lætoria.

Plætoria de iure dicundo. Tulit M. Plætorius Tribunus pl. Praetor urbanus qui nunc est, quiq; posthac fuerit, duos lictores apud se habeto: isq; supremum ad solis occasum ius inter ciues dicio. Censorin. libro De die nat. cap. 19. Varro libro De ling. V. Sed postea lex Plætoria id quoq; tempus iubet esse supremum, quo Praetor in comitio supremam pronunciavit populo.

Plotia de exilibus. Tulit Plotius Tribun. pl. Ut qui Lepidum ciuili bello secuti, post necem COS. ad Sertorium confugerant, impunè in ciuitatem redirent. Sueton. Cæsare. Gell. lib. 13. cap. 3.

Plotia Flauia. Tulere. Ut uel agri quos à Senatu locupletes emissent, reddita possessoribus pe-

cunis

cunia plebi diuiderentur: uel, si neminem ueterem posseſſione moueri Senatus uellet, alij agri ea pecunia quæ ex nouis uectigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur, & plebi quæ agros non haberet, partiren-
tur. Cicero lib. ad Attic. 1.

Plotia agraria. Nominatur à Cicerone lib. Ep.
ad Attic. 1. epistola, Nihil mihi.

Poetelia de ambitu prima. Tulit C. Poetelius
Trib. pl. C. Fabio, & C. Plautio C O S S . Anno CCC-
XCV. Ut ne ambiendi magistratus causa nundinas &
conciliabula obire liceret. Liuius lib. 7.

Poetelia, Papiria de nexu. Tulere C. Poete-
lius, L. Papirius COSS. Anno CDXXXVII. Ne quis nisi
qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in compre-
dibus, aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ bona de-
bitoris, non corpus obnoxium esset. & ne quis in poste-
rum necteretur. Liuius lib. 8.

Pompeia de Trib. pleb. Tulit Cn. Pompeius
I. Consul cum M. Crasso, Anno DCXXCIII. Ut ad
Tribunos pl. prouocandi ius esset: (quod lege Corne-
lia prohibitum fuerat) omniaq; omnino quæ Tribu-
nis pl. ademerat Sylla, illis restituerentur. Plut. in Pom-
peio. Asconius in Verr. 1. & 2. & Cæsar lib. De bell.
ciuil. 1.

Pompeia

Pompeia de prouincijs. Tulit Cn. Pompeius COS. cum Q. Cæcilia. Anno DCCI. Ut sibi Hispania prouincia in alterum quinquennium prorogaretur. Dio lib. 38. & Plutarch. in Vit. qui tamen, Quadrinium scribit.

Pompeia iudiciaria. Tulit idem CO S. cum M. Crasso iterum, Anno DCXCIX. Ut amplissimo ex censu, ex centurijs, aliter quam antea, electi iudices, ex tribus tamen ordinibus quibus Aurelia lege communicata erant iudicia, Senatorio scilicet, equestri, & Tribunis aerarij, res iudicarent. Cicero in Pisonem, & Ascon. in eandem.

Pompeia de parricidijs. Tulit idem, Ut qui cognatos uel affines, qui parentum liberorumue nomine continentur, fratrem aut sororem necasset, is sanguineis uirgis uerberatus, in culeum insueretur cum cane, gallo gallinaceo, uipera, & simia. deinde in mare uel profluentem proijceretur. Modestinus l. 9. D. Ad leg. Pomp. de parricid. Vbi tamen ait more maiorum eam fuisse constitutam poenam: quod falsum est, si maiores ab eo tempore repetamus, quo Cicero Sex. Roscius defendit. neq; enim id erat Cicero praetermissus, quum de solo culeo loquatur. ac uere orne quid à Triboniano eo in loco sit commissum. Iuuenalis autem de serpente & simia etiam loquitur. Constantinus uero in l. 1. C. De parricid. canem & gallum gallinaceum adiecisse uidetur: que tamen omnia Justinianus legi

Pompeiae in Institutionibus attribuit. Utut sit, hoc opinor Pompeium instituisse, ut quum antea Prætor certus ac proprius non esset, qui de parricidis ius diceret, sed lege Cornelia qui inter sicarios quæreret, de ijs quoque quæreret (quemadmodum ex Rosciana intelligitur) deinceps certus huius criminis quæsitor esset: nam quod ait Vlp. in l. I. D. De parricid. lege Pompeia eandem poenam parricidis esse constitutam, quæ lege Cornelia De sicarijs, sic accipiendum est, quæ lex Cornelias ad parricidas pertinebat. Alioqui per obscurus uideri locus posset. Sanguineas autem uirgas recte in Florentinis libris legi, qui genus illud uirgarum notum habent, quas Plinius ita nominat, facile perspiciunt. sunt autem sanguinarum non admodum dissimiles, nisi quod & grauiores sunt, & ad sanguinis colorem proprius accedunt.

Pompeia de ui & ambitu. Tulit idem Consul solus creatus Anno D CCI. Ut priusquam causa de ui ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices consignarent, quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, & coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicium inscripta essent, æquarentur: dein rursus postera die sortitio fieret unius et LXXX. qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusq; illo eodem die iudicaretur: prius autem quam sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reijceret: ita ut numerus iudi-

cum

cum relinqueretur qui sententias ferrent, quinquaginta
et unus. Ascon. in Milonianæ argumento. Dio lib. 40.
Cicero lib. 4. De finib. et ad Attic. lib. 10. Cæsar De
bello ciuil. lib. 3.

Pompeia de pecunijis ob rem iudicādam
captis. Tulit idem, eodem anno. Ut de ijs qui à secun=
do suo Consulatu ad hunc usq; diem ob rem iudicandam
pecunias cepissent, quæstio constitueretur. Appian. De
bell. ciuil. lib. 2.

Pompeia iudiciaria. Tulit idem eodem an=
no. Ne reum in iudicio laudare liceret. Plutarchus in
Pomp. et Caton. Vtic. Valerius libro sexto, capi=
te secundo.

Pompeia de magistratibus. Tulit Cn. Pom=
peius tertium COS. cum Q. Cæcilio, Anno DCCI.
Ne cuius absentis in magistratum comitijs ratio ha=
beretur: uno Cæsare excepto. Dio lib. 40. et Plu=
tarach. in Vitis.

Pompeia de magistratibus Bithyniorum.
Tulit idem. Ne quis annis XXX. minor magistratum
caperet, in senatuue esset. Ut qui magistratum cepissent,
eis in senatu esse liceret. ne Decuriones in curiam à Cen=
soribus lecti, pecuniam pro introitu darent. Ut Senato=
res certis de causis à Censoribus ordine mouerentur. Ut
Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi quos nellerint, ciues
e. + liceret

liceret, dum ne ciuitatis essent alienæ, sed earum quisq;
ciuitatum, quæ essent in Bithynia. Plinius Cæcilius lib.
epist. 10. epist. 84. & 117.

Popilia de Vestalis capiendæ ritu. Tullit.
Vt si quis honesto loco natus adeat Pontificem Max. atq; offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius duntaxat, saluis religionum obseruationibus, ratio haberipossit: id per seratum sit. Gellius lib. I. cap. 12.

Porcia de iure ciuitatis. Tullit M. Porcius Caeto Tribunus pleb. Valerio, Appuleio C O S S. Anno CDLIII. Ne quis magistratus ciuem R. uirgis cæderet, necaretue: sed damnato exilium permitteret: quum ante nudorum ceruix insereretur furca, corpus uirgis ad necem cæderetur. Liuius lib. 10. Cic. pro Rabirio perduell. Sallust. in Catil. Sueton. in Nerone.

Publicia de lusu. Tullit. Ne quis in pecuniam luderet, sponsionemue in ludo nisi qui uirtutis causa suscepimus esset, faceret. Martianus l. 3. D. De aleator.

Publilia de plebeijs magistratibus. Tullit Volero Publius Philo Trib. pl. Claudio, & Quintio COSS. Anno CCLXXXI. Ut plebeij magistratus qui ante curiatis comitiis siebant, deinceps remotis patriis tributis comitiis crearentur. Liuius lib. 2. Dionys. libro 9. apud quem tamen οντας βολέγων legitur pro

pro ~~ωντλίλιος~~. nam Volero prænomen, Publilius nomen fuit. ut non Voleronia, sed Publilia lex dicenda sit. in quo pleriq; decepti sunt.

Publilia de legibus & censoribus. Tulit Q. Publilius Philo Dictator, Anno CCCCXIII. Ut plebiscita omnes Quirites tenerent: Ut legum quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: ut alter utiq; ex plebe, quum eò uētum sit ut utrung; plebeium Consulem fieri liceret, Censor creaetur. Liuius lib. 8.

Pupia de Senatu habendo. Tulit. Ne Senatus à XVIII. Cal. Feb. ad usq; Cal. Feb. haberetur. Ne nisi perfectis, aut reiectis legationibus, alijs de rebus Senatus haberetur. Cicero epist. ad Lentulum 4. ad Q. Fratrem, libro 2. epist. II. & Cœlius 8. epist. ad Ciceronem. Vbi hac lege solutos magistratus scribit.

Q

Quina uicenaria. Vide Letoria.

R

REgia de unius imperio. Lata est in eunte regnum Romulo, qua populus omnem ei potestatem in se concepsit. Liuius lib. 3 4. Ex utro tandem genere ea lex esse uidetur, quam abrogamus? an uetus Regia lex, simul cum ipsa urbe nata? Quum autem annis amplius D. florente populi Ro. libertate, soe
e s pita

pita fuisse, postea D. Augusti & Tiberij dominatu, qui legibus soluti sunt, excitata, subtilius & copiosius quam antea perscripta est. & quo quisq; die successores demortuorum imperium excipiebant, recitari solebat. quemadmodum ex his eius, ut opinor, reliquijs intelligitur, quæ à me in libro Epigrammatum Romanorum inuentæ dignissimæ uisæ sunt, quæ hunc in locum referuntur. Vidi etiam qui testarentur, Romæ hanc scripturam extare in Basilica Lateranensi, in ære incisam. Est autem huiusmodi, Fœdūsue cum quibus uolet facere liceat, ita uti licuit Diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug. Tiberioq; Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtiq; ei senatum habere, relationem facere, remittere, Senatus consulta per relationem discessioneq; facere liceat, ita uti licuit Diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari August. Ti. Claudio Cæsari Augusto Germanico.

Vtiq; cum ex uoluntate auctoritatēue, iussu mandatūue eius, præsentēue eo Senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur seruetur, ac si è lege Senatus edictus esset haberetur. Vtiq; quos magistratum potestatem imperium, curationēmūe cuius rei pertinentes Senatui populoq; Romano commendauerit, quibusue suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitijs quibusq; extra ordinem ratio habeatur.

Vtiq; ei fines pomœrii proferre, promouere, cum ex Republica censebit esse, liceat, ita uti licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtiq; quæcunq; ex iusu Reipublicæ, maiestate diuinorum, humanarum, publicarum, priuatarumq; rerum esse censebit ei agere, facere

facere, ius potestasq; sit, ita uti Diuo Aug. Tiberioq; Iulio Cæs. Aug. Tiberioq; Claudio Cæs. Aug. Germanico fuit. Vtiq; quibus legib. plebisue scitis scriptum fuit, ne Diuus Aug. Tiberiusue Iulius Cæsar Aug. Tiberiusue Claud. Cæsar Aug. German. tenerentur ijs legibus, plebisq; scitis, Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit: quæq; ex quaq; lege rogatione diuum August. Tiberiumue Iuliū Cæsarem Aug. Tiberiumue Claudiū Cæsarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat.

Vtiq; quæ ante hanc legem rogatā acta, gesta, decreta, imperata, ab Imperatore Cæsare Vespasiano Augusto iussu mandatiue eius à quoq; sunt, ea perinde iustificataq; sint, ac populi plebisue iussu acta essent.

S A N C T I O.

Si quis huiuscē legis ergō aduersus leges, rogationes, plebisue scita, senatusue consulta fecit, fecerit, siue quod cum ex lege, rogatione, plebisue scito. S. V E C. facere oportebit, nō fecerit huius legis ergō, id ei ne fraudi esto, néue quid ob eam rem populo dare debeto, néue cui de ea re actio, néue iudicatio esto, néue quis de ea re apud * ci finito. Hæc ex Epigramma tū antiquorū lib. Vlp. autem in l. I. D. De cōstit. princ. hanc legē significat, quū ita scribit, Quod principi placuit, legis habet uigorem: utpote quum lege Regia, quæ de imperio eius lata est, populus ei & in eum omne suū imperium & potestatem conferat. Quod Iustin. totidem uerbis in titul. De iure natur. & gent. transscripsit. Hanc autem Alexander Imperator legem Imperij appell-

Regia de mortuo inferendo. Tilit.

Ne mulier quæ prægnans mortua sit, humetur antequā partus ei excidatur. qui contra fecerit, spem animantis cum grauida peremisse uideatur. **M**artianus l. 2. D. De mort. infer. Hanc autem legem superioris partem fuisse, ridiculum est dicere. tametsi eius auctore nominare difficile est, quum satis constet Regis uerbum cognomē fuisse, non nomen: leges autem ex nominibus appellationē sumpsisse. Existimarem igitur Romuli aut Numæ Pöpilij legis alicuius, de qua Martianus antea disputatione, partem hanc fuisse: quū præsertim ad sacra hæc lex pertineat, de quibus quæ leges à Numa constitutæ fuerant, semper obseruatæ sunt. similem Diodorus apud Aegyptios Græcosq; propè omnes legem de mulieribus grauidis rei capitalis damnatis, lib. 2. commemorat.

Remmia. Vide Memmia.

Rhodia de iactu. Latam, opinor, à Rhodijs, & à Cæsaribus receptam. Ut si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarcinatur, quod pro omnibus datum est. **P**aulus l. 1. D. De lege Rhodia. Nisi forte de Rhodijs lata est: & Rhodia sic dicitur, ut Cypria lex (quæ de Cypri regelata est à Claudio) nominatur in Sextiana & Tribunitia, de Tribunorum potestate in secunda Verrina.

Romu-

Romuleia de sacerdotijs. Vide Manlia.

Roscia Theatralis. Tulit L. Roscius Otho Tr.
pleb. L. Metello, Q. Martio COSS. An. DCLXXXII.
Vt in Theatro Equitibus Romanis, qui HS. quadringen-
ta possiderent, i 4. gradus spectandi gratia assignaren-
tur exceptis ijs, qui suo fortunae ue uitio decoxiſſent. Ci-
cero Philipp. 2. Asconius in Cornelianam. Flor. epitom.
99. Dio lib. 26. Plin. lib. 7. cap. 20. Iuuenal. Sat. i 4.
Et Tacitus lib. 15. qui legem interpretatur hanc habuiſ-
ſeuim, ut Equites non ante plebem, ac separatim, sed cō-
fuse tantum quatuordecim ordines haberent.

Roscia de terminis. Eius caput in libro Variorum
autorum De agrorum conditionibus amissum pu-
to: ut in Mamilia lege exposui.

Rupilia de iure Siculorum. Dedit P. Rupilius
Consul cum P. Popillio anno DCXXI. Dedit autē
Siculis, de Decem, ut moris erat, legatorum sententia:
bello prædonum ac fugitiuorum à se confecto. Cic. Ver=
rina 4. Ascon. in eādem. & Valer. Max. lib. 6. cap. 10.
apud quem tamen Rutilius perperam legitur.

Rutilia de trib. militum. Tulit C. Rutilius Ru-
fus. Festus, Rufuli appellabantur Tribuni militum à Cō-
sule facti, non à populo, de quorum iure, quod Rutilius
Rufus legem tulerit, Rufuli, ac post Rutili sunt appel-
lati.

Sacra-

Sacrata militaris. Tulit opinor, M. Valerius Coruus Dictator An. CD XI. ob militū Capuano rum secessionem. Ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso uolente, deleretur: ne quis ubi Tribunus militū fuisset, postea ordinum duxtor esset. Liuius lib. 7.

Sacratis. legibus Vestalibus poena incesti constituta est, ut uiuæ defoderentur. Dionys. lib. I.

Sacrata Iunia de Tribunis pl. Tulit L. Iu-
nius Brutus, Trib. pleb. primus creatus. Cassio, Comi-
nio C O S S. Anno CCLX. Ut plebi sui magistratus es-
sent sacrosancti quibus auxiliij latio aduersus Consules
esset: né ue cui patrum capere eum magistratum liceret.
Ut neq; priuilegium irrogari, neq; de capite ciuis, nisi
comitijs centuriatis rogari liceret. Liuius lib. 2. & Cice-
ro pro Sextio. Dionysius libro sexto, legis uerba hæc
refert. Δῆμαρχον ἀνοντά, ὁ σπερ ἐνα τολλῶν, μηδεὶς
μηδέπ αὐταγνάζετω οἴραμ, μηδὲ μαστιγίστω, μηδὲ ἐπε-
τατέτω μαστιγῖσμον ἐτέρω, μηδὲ ἀποναυννύτω, μηδὲ ἀ-
ποντινεῖν οελενέτω. εἰαρ οέ τις τῶν απηγορευμένων τε
ποιήσῃ, εξάγισος ἐστω, λαὶ τὰ χρύματα αὐτῷ οἴμιτρος
ιερό. ναὶ οὐτένας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων. φόνος
μαθαρός ἐστω. Id est, Ne quis Tribunum ui quasi priu-
uatum quicquam facere cogito, néue uirgis cædito, néue
occidito, néue cædi occidiue iubeto. qui aduersus ea fecer-
it, sacer esto: bonaq; eius Cereri sacra sunt: eumq; occi-
dere

dere ius fasq; esto. Liuius autem lib. 3. hoc è rogatione carmē edit, Si Tribunos plebis decē rogabo, si quos mi-
nus hodie decem Tribunos plebis fecerint: hi tum quos sibi collegas cooptassint, ita illi legitimi eadem lege Tri-
buni plebei sint, ut illi quos hodie Tribuni plebei fecerit-

is. Sacratæ autem leges dicebantur (inquit Fe-
stus) quibus sanctum erat, Ut si quis aduersus eas fecis-
set, sacer alicui deorum esset. Sunt qui esse dicant Sacra-
tas, quas plebes iurata in monte sacro sciuerit. Hæc ille.
Cicero pro Cornelio perduellionis reo, Tanta igitur in
illis uirtus fuit, ut anno X VI. post reges exactos, post
nimiam dominationem potentium leges sacratas ipsi si-
bi constituerent, duos Tribunos crearent, monte illum
trans Anienen, qui hodie mons sacer appellatur, in quo
armatæ confederant, æternæ memorie caussa consecræ-
rent. Hæc Cicero. Mirari autem satis non possum, uehe
mēterq; dubitare me fateor uerū ne illud sit quod scri-
bit Diodorus lib. 12. in Auentino fœdere cōprehensum
hoc fuisse, uti Tribuni plebis exacto sui magistratus an-
no, mox totidem alios in annum sequentem designarēt:
quod si prætermisissent, illico uiui cōburerentur. Sin ali-
quanto diutius eos in designando dissensio tardaret, in-
terea potestas eis prorogaretur, dum alios crearent.

Satyra lex. Festus, Satura est cibi genus conditi,
et est lex multis alijs cōferta legibus. Itaq; in sanctione
legum adscribitur, Néue per saturam abrogato, aut de-
rogato. Annius Luscus in ea quam dixit aduersus Tibe-
rium Gracchum, Imperium quod plebs per saturam de-
derat,

derat, id abrogatum est. & C. Lætius in ea, quam pro se dixit, Dein postera die quasi per saturam sententijs exquisitis in dditionem accipitur. Quidam dicunt esse genus carminis, ubi de multis rebus disputatur. Hæc Festsus. Sallustius in Iugurth. iisdem uerbis, Dein postero die quasi per Satyram legem sententijs exquisitis in dditionem accipitur. Ego legem Satyram fuisse puto, in qua coniunctim multis de rebus una rogatione populus consulebatur. Quod lege Cæcilia & Didia uetitum fuisse Cicero in Orat. Pro domo sua, testatur. Et sententias ferri per satyram, quum ex multis capitibus & si quædam comprobantur, quædam improbentur, iniicitur tamen tabella V T I R O G A S. Iustinianus in præfat. ad Antecessores, §. 2. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim, & quasi per satyram collectum, & utile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilibus deputata. Id est, nullo ordine, sed confuse ac perturbate, dum modò hinc modo illinc aliquid decerpitur. quæ studiorum suorum rationem nostri hoc tempore adolescentes in iuris ciuilis libris sequuntur.

Scatinia de pueris impudicis. Iuuenal. Sat.
2. Sueton. Domitiano. Ausonius, Cicero Philipp. 3. Stu
pratores autem decem millium poena coercebantur. Fa
bius lib. 4. cap. 2. et lib. 7. cap. 4. Cœlius lib. epist. fam.
8. ep. 12. Damnatum autem quædam C. Scantiniū Trib.
pl. Val. lib. 6. capite primo, testatur.

Scri,

Scribonia uiaria. Tulit C. Curio Tribunus pl.
Cœlius Epist. fam. lib. 3.

Scribonia de usucaptionibus. Tulit (opinor) L. Scribonius Libo, C O S . cum L. Atratino Anno DCC XIX. Ne seruitus usucaperetur. Paulus l. 4. De usurpat. & usucap.

Sempronia de ære alieno. Tulit M. Sempronius Trib. pl. L. Cornelio, Q. Minutio C O S S . Anno DLX. Ut cum socijs ac nomine Latino pecuniæ creditæ ius idem quod cum ciuibus Romanis esset. Liuius libro 35. Cic. de off. 2.

Sempronia agraria. Tulit Ti. Sempronius Gracchus Tribun. pleb. P. Mutio Scæuola, L. Calpurnio C O S S . Anno D C X X . Ne quis ex publico agro plus quingenta iugera possideret. quorum tamen dimidium filijs habere liceret. Ut si quis latius agrum patefasceret, Triumviri quotannis data opera creati, iudicaret quæ publicus ager, quæ priuatus esset. Appian. lib. Emphyl. 1. Plutarch. in Gracchis, Velleius lib. 2. Auctor libri De uir. illust. Cicero in Sextian. & De aruspic. resp. Florus Epit. 58. & Siculus Flaccus in lib. De condit. agror. apud quem tamen Ducenta legimus: quum alij omnes aperte Quingenta prodant.

Sempronia de regis Attali hæreditate. Tulit idem. ὅπως τὰ βασιλικὰ γεγματα νομιοῦται,

f tois

τοῖς τλίν χώραρη διαλαχύχανσι τῶμ πολιτῶρ, ὑπάρχει
χοι πρὸς νατασκευὴν ναι γεωγράφης αὐθορμήν. Ut pecunia
Regis Attali qui populum R. hæredem fecerat, ijs ci-
uibus qui sua lege Sempronia agrum sortiti erant, dare
tur ad comparationem instrumentorum & agricultu-
ræ apparatus. Ut agri Regij à Censoribus locarentur:
unde uectigal populo penderetur. Plutarch. in Grac-
chis. Cic. Verr. V. & Florus epitom. 58.

Sempronia iudiciaria. Tullit C. Sempronius
Gracchus Tribunus pleb. I. Q. Cæcilio, T. Quintio
COSS. Anno DCXXX. Ut iudicia quæ semper antea
penes ordinem senatoriū fuissent, ad solos Equites trans-
ferrentur. App. lib. De bello ciuili I. Asconius in Diui-
nat. Velleius lib. 2. Tacitus lib. 12. Varro De uita P. Ro-
mani apud Marcellum in uoce Biceps. Plutarchus autē
in Gracchorum uita Equites trecentos cum Senatorib.
trecentis mixtos tradit, atq; inter utrosq; communicata
iudicia: quod falsum est. Hæc enim Liuia lex fuit: ut suo
loco docebimus.

Sempronia de magistratibus. Tullit idem:
Ut ex confusis quinq; classibus sorte centuriæ uocaren-
tur. Sallust. in Orat. Cæs de Repub. Ut cui magistratus
abrogatus fuisset, ei magistratum iterum capere ius nō
esset. qua lege M. Gelanius, cui Ti. Gracchi lege Tribu-
natus abrogatus fuerat, notabatur. Eam tamen Caius,
Corneliæ matris precibus, post abrogauit. Plutarchus
ibidem & alij.

Sem-

Sempronia de iure ciuitatis. Tulit idē. Ne de capite ciuiis R. iniussu populi iudicaretur . qui indicata cauſſa in ciuē R. animaduertifſet, de eo populi quæſtio conſtitueretur: quod propter P. Popillium latū eſt. Cicero pro C. Rabirio, Pro domo, Pro Cluentio . & de legib. 3. item Plutarch. in Gracchis. Idē poſtea lege Porcia repetitum eſt. Cicero Verrin. 7. O nomen dulce libertatis: ô ius eximium noſtræ ciuitatis: ô lex Porcia, legesq; Semproniae. Videtur autem exceptum parricidiū his legibus fuiffe: cū in Orat. pro Sex. Roscio uetus ſuplicium commemoretur.

Sempronia de ſuffragijs. Tulit idem . Ut ſo- cijs Latinis ius ſuffragij ferendi perinde ut ciuibus Ro- manis eſſet. Idem.

Sempronia de uijs Italiæ. Tulit idem. Ut uiæ in Italia munirentur, ſternerentur, lapidib. milliaria diſcernentibus notarentur, pontibus instruerentur. Idē.

Sempronia de colonijs deducendis. Tu- lit idem. Ut coloniæ extra Italiam deducerentur. Pater- culus lib. 2. Plutarch. in Gracchis, Appianus in Liby. Florus epit. 60.

Sempronia de re militari. Tulit idem. Ne mi- nores annis 17. ad militiam cogerentur. Ut uestes mili- tibus gratuito & præter ſtipendium darentur. Plu- tarch. in Gracchis:

Sempronia de prouincijs decernendis.

Tulit idem. Ut Senatus quotannis ante comitia consularia designandis Consulibus prouincias arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur: quod antea uel post designatos, uel post initum Consulatum facere solebat: praeterea quum antea Senatus decreto per Tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret. Cicero Pro domo sua, In Vatinium, De prouinc. COS. Salust. in Iugurthino. Sueton.

Sempronia frumentaria. Tulit idem iterum Tribun. pleb. M. Fulvio, M. Plautio COSS. Anno DC₆ XXVIII. Ut semisse & triente frumentum menstruum plebi ex publico uiritim daretur. Appian. lib. De bello ciuili 1. Florus Epito. LX. Cic. pro Sextio, Tuscul. 3. In Bruto. Velleius lib. 2. Plutarch. in uita.

Sempronia de limitibus. Tulit. Ut per actuarios limites populo ius eundi esset, sicut per uiam publicam. Hyginus in libello De limitib. cōstit. Vide Iulia de limitibus.

Sentia de senatu supplendo. Tulit, opinor, C. Sentius COS. cum Q. Lucretio, Augusto imperante, Anno DCCXXXIII. Ut in numerum patritiorum qui senatui deessent, alij sublegerentur. Tacitus lib. II. ubi tamen corrupte, meo iudicio, Senia legitur, pro Sentia.

Seruilia agraria. Tulit P. Seruilius Rullus Tr. pleb.

pleb. Cicerone, Antonio COSS. Anno DCXC. Ut quæ post C. Marium, C. Carbonem COSS. publicè data, assigñata, uendita, concessa essent, ea omnia eo iure forent, uti quæ optimo iure priuata sunt. Ut Decemviri cum summo imperio crearentur, qui totius Italiæ, Syriæ, Asiae, Libyæ, & prouinciarum quas nuper Pompeius subegerat, uenderent, ex eaq; pecunia agros colonis quos arbitratu suo quò uellent deducerent, mercarētur. Lex Cicerone dissuadente perlata non est. Hoc tamen uisum est ex illius contra legem orationibus describēdum esse.

Seruilia de ciuitate. Tulit C. Seruilius Glaucia Trib. pleb. Ut Latinis ius esset ciuitatis assequendæ in locum eius, quem, accusando, repetundarum damnassent. Ascon. pro Scauro. & Cic. pro Balbo.

Seruilia repetundarum. Tulit idem. Ut reus comperēdinaretur: quum antea uel iudicari primò posset: uel Amplius pronunciari. Cic. Verr. 3. Pro Posthumo, Pro Scauro, & in hanc Ascon. Valer. lib. 8. cap. 1.

Seruilia iudiciaria. Tulit Q. Seruilius Cœpius COS. cum C. Atilio, Anno DCXLVII. Ut iudicia quæ lege Sempronia ad solos equites translata erāt, ordinii Senatorio communicarentur. Tacitus lib. 12. Cic. 1. De arte rhet. 2. De orat. In Bruto, in Or. pro Scauro, & ibidem Ascon. Imparē autem & minorem fuisse Senatorum numerum ex eo constat, quod Lege Liuia quæ proximè insecura est ex æqua parte communicata sunt. &

f 3 opinor

opinor hoc esse quod Florus in Epit. de trecentis Senatorebus cum sexcentis equitibus commixtis ad Legem Semproniam referebat. Lib. 60.

Sextia Licinia de sacerdotijs. Tulere L. Sextius, C. Licinius Trib. pl. P. Manlio Dictatore. Anno CCCLXXXV. Ut pro Duumuiris sacris faciundis, Decemuiri ita creentur, ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat. Liuius lib. 6.

Sextia de magistratibus. Tulit idem L. Sextius, M. Furio Dictatore V. Anno CCCLXXXVI. Ut consul unus è plebe crearetur: qua de causa uicissim cōcessum à plebe nobilitati, ut Prætor unus qui ius in urbe diceret, ex patribus crearetur. Liuius lib. 6.

Sulpitia de iure ciuitatis. Tulit P. Sulpitius Trib. pl. Q. Pompeio, L. Sylla COSS. Anno DCLXV. Ut exules reuocarētur, Noui ciues libertiniq; distribuerentur in tribus. Florus epitom. 77. Plutarch. in Sylla.

Sulpitia. Ser. Sulpitius Galba Pr. An. DCXCIX. Ut C. Pontinio proconsuli quo die urbem triumphās ingrederetur imperiū esset. Cic. li. 4. ad Att. Dio lib. 40..

Sulpitia de ære alieno. Tulit idem. μηδένα συγκλήτινον ὑπὲρ διχιλίας δραχμῶν ὀφείλειν. Ne quis Senator supra duo millia drachmarū deberet. Plutarchus in Sylla.

Sul-

Sulpitia de bello Mithridatico. Tulit idem.
Ut Syllæ, cui Asia prouincia obuenerat, ut bellum Mi-
thridaticum administraret, imperium abrogaretur, &
C. Mario mandaretur. Velleius libro 2. Florus epitome
77. Plutarchus in Sylla, & Mario, & Appianus De
bell.civil. I.

Sulpitia de bello Macedonico. Tulit P. Sul-
pitius Consul cum C. Aurelio, Anno DLIII. Vellent iu-
beret Philippo regi Macedonibusq;, qui sub regno eius
essent, ob iniurias, armaq; illata socijs populi R. bellum
indici. Liuius lib. 3 I.

Sulpitia Sempronia de templis & aris. Tu-
lere ex S. C. P. Sulpitius, P. Sempronius C O S S. An-
no CDXLIX. Ne quis templum aramue iniussu Sena-
tus aut Tribunorum pleb. maioris partis dedicaret. Li-
uius libro nono.

T

TAlaria, de talorum lusu. Nominatur à
Plauto in Milit. glor.

Atq; adeò ut ne legi fraudem faciam talariae:
Accuratote, ut sine talis domi agitent conuiuum.
Facetè ad legem aliquam de alea ueterem alludit, qua ta-
lorum lusus conuiuijs interdicebatur: Publiciam forte
aut Titiam. Nam sumptuariæ leges, quibus hanc non=
nulli attribuunt, de sumptibus, ut opinor, tantummodo
cauebant.

Tarpeia de multa. Vide Ateria Tarpeia.

Terentia Cassia frumentaria. Tulere M. Terentius Lucullus, C. Caſſius COSS. Anno DCXXC. Ut fragmenti alteræ decumæ à prouincijs coemerentur preцio in modios HS. trium constituto: item ut ciuitatibus æqualiter imperaretur preцio in modios singulos HS. quatuor constituto. Cicero Verrina 5. § 7.

Terentia de legibus consularis imperij. Tulit C. Terentius Arſa Tribun. pleb. Lucretio, Veturio COSS. Anno CCXC. Ut quinq; uiri crearentur legibus de imperio Consulari scribendis, ne ipſi libidinem ac licentiam suam pro lege haberent. Dionysius libro decimo. Liuius libro 3. qui tamen perlatam non fuisse affirmat. Corruptè autem antea Terentilla uocabatur.

Titia de lusu. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionemue in ludo, niſi qui uirtutis cauſa ſuceptus eſſet, faceret. Martianus l. 3. D. De aleator.

Titia de triumuiratu quinquennali. Tulit P. Titius Trib. pl. Ut Tresuiri Consulari potestate cōſtituendæ Reipub. in quinquennium crearentur, Cæſar, Lepidus, & Antonius. Appianus De bell. ciuil. 4. § Florus epit. CXX.

Titia

Titia de donis & muneribus. Tulit L. Titius, Ne ob orandam caussam pecuniam donumque patroni acciperent. Tacit.lib.II. & Ausonius.

Iurisconsulto cui nubit adultera coniux

Papia lex placuit, Julia displicuit.

Quæritis unde sit hæc distantia, semiuir ipse

Scantiniam metuens, non metuit Titiam,

Eum notat, qui à clientelis inops, nec donum nec munus ab ullo capiebat.

Titia agraria. Tulit, opinor, Sex. Titius Trib. pleb. M. Antonio, A. Posthumo COSS. Anno DCLIII. Ut uectigal agris publicè assignatis impositum Quæstor colligeret. Cicero lib. 2. De orat. pro Muræna. Valer. lib. 8. cap. I.

Thoria agraria. Tulit Sp. Thorius Trib. pleb. Ne agri amplius diuidentur, sed possessoribus in ijs relictis, uectigalia pro ijs penderentur, eaq; pecunia populo diuidetur. τὴν μὲν γῆν μηνέτι διανεμεῖν, ἀλλ' εἰναι τῷρες ἔχοντων, ναὶ φόρος ὑπὲρ αὐτῶν τῷ δῆμῳ λατίθεαν, ναὶ τάσσεται χρήματα χωρέειν εἰς διανομὰς. Hæc Appian.lib. De bello ciuil. 1. qui subiungit nō multo post latam fuisse legem qua uectigal illud abrogatum est. At Cicero in Bruto lege Thoria id factum tradit. Sp. Thorius, ait, satis ualuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum uitiosa & inutili lege, uectigali leuauit. Idem præterea in lib. De orat. 2. scribit Lucilium lege Thoria postulatum fuisse, quod ab eius pecore agri

f 5 publici

publici depasti essent. Corruptè autem apud Appianum
Borius legitur, pro Torius: ut alia in hoc genere quam
multa.

Trebonia de Tribunis pl. Tulit L. Trebo-
nius Trib. pleb. Herminio, Virginio C O S S . Anno
CCCV. Ut qui plebem Romanam Tribunos pleb. roga-
ret, is usq; eò rogaret, dum X. Tribunos pleb. ficeret.
Qua lege Tribunorum cooptatio collegio adempta in
populum R. translata est. Liuius lib. 3. C 5.

Trebonia de Cæsare. Tulit A. Trebonius Tr.
pleb. Pompeio, & Crasso iterum COSS. Anno DCXC-
VIII. Ut Cæsari imperium in Gallia in aliud quinquen-
nium quam quod ei Vatinia lege concessum erat proro-
garetur. Ita Trebonius Senatui successoris mittendi po-
testatem adimebat. Cic. lib. ad Att. 7. 8. 9. 10. Item Flor.
Epit. 105. Plutarch. in Pomp. & Cat. Uticens. Dio
libro 39.

Trebonia de Pompeio. Tulit idem. Ut ijs Con-
sulibus Syria & Hispania prouinciae in quinquennium
darentur. Plut. in Pompeio.

Tribunitia lex dicitur quæ de Tribunorum po-
testate lata est. Festus lib. 17. Homo sacer is est, quem po-
pulus iudicavit ob maleficium, neq; fas est eum immola-
ri: sed qui occidit, parricidijs non damnatur. Nam lege
Tribunitia prima cauetur, Si quis eum qui eo plebiscito
sacer

sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Quibus uerbis Fe-
stus Sacratam Iuniam quam suo loco exposuimus, signi-
ficat. Cicero Verrina 2. Vident adhuc post legem Tri-
bunitiam unum Senatorem uel tenuissimum esse dam-
natum. Quibus uerbis Pompeiam legem intelligit.

Tribunitia lex nominatur, à Pomponio dicam,
an Triboniano? in l. 2. De orig. iuris, fere initio. Exa-
ctis deinde Regibus lege Tribunitia omnes leges hæ ex-
oleuerunt. At lata ea lex est à Junio Bruto Consule, non
Tribuno: uti Liuius testatur. Rursus quod nonnullis pla-
cet, à C. Terentio Arsa Tribuno pleb. latam esse, Lucre-
tio, Veturio C. O. S. S. Anno CCXC. quo anno scri-
bit Liuius latam fuisse legem ab illo, vt Quinqueiiri
crearentur legibus de Imperio Consulari scribendis:
non satisfacit. disertè namq; Liuius perlatam eam le-
gem non fuisse affirmat. Ceſſit, inquit Liuius, ad ulti-
mum maiestati Tribunus pl. & destitit. Videndum ergo
an apud Pompeium mendum sit, & legendum L E G E
B R V T I I V N I A.

Tullia de legationibus liberis. Tulit M.
Tullius Cicero Consul cum M. Antonio, Anno DCXC.
Ne sicut antea infinitum, sed annum tempus earum ef-
set. Idem lib. De legib. 2.

Tullia de ambitu. Tulit idem. Ne quis munus
gladiatorium biennio quo magistratum petierat, peti-
tur usue

turūsue erat, ederet, nisi ex testamento præstituta die. Ut senatoribus ambitus damnatis aqua & igni ad annos decem interdiceretur. Ut in plebem poena grauior esset, quam lege Calpurnia fuisset. Ut reis morbum excusantibus, poena certa esset. Cicero pro Muræna, pro Sextio, in Vatim. Dio lib. 37. Dixi munus gladiatorium: cum Munus generatim ludos omnes complectatur, nam quod uir eruditissimus in Sextianam scribit non satis intelligenter fecisse, qui illud in Verrem ullum munus aedilitatis, de ludis dictum existimarunt, suaq; in scripta retulerunt. Videamus ne Suetonius nobiscum faciat, qui in Nerone, Vespasiano, Domitiano & alibi perspicue munus dixit, cum de gladiatoriis sentiret. Sed Cicero De off. 2. dubitandi caussam adimit. Crassus, inquit, fuit est Aedilitio maximo munere. Munus autem id erat, quia suis impendijs ludos dabant.

V

Valeria de prouocatione & libertate populi. Tulit P. Valerius Poplicola C O S. solus, Bruto collega mortuo, Anno CCXLIII. Ut aduersus omnes magistratus, ad populum prouocatione esset. ne quis magistratus ciuem R. aduersus prouocationem uerberare, aut necare, aut pecunia multare uellet. Ne quis Rōmæ imperium haberet, nisi cui à populo datum esset, sacrumq; esset cum bonis caput eius qui regni occupandi consilia inisset. Ut capitale esset, si quis iniussu populi magistratum adiisset. Ut quinq; boum & duarum ouium multa esset. Ut pecuniae publicæ in æde Saturni reconderentur, duoq; ærarij Quæstores

stores crearentur. Ut plebs à portorijs & tributis præstandis liberaretur. Liuius lib. 2. Dionys. lib. 5. Plut. in eius vita. Val. Max. lib. 4. cap. 1. Pompon. De orig. iur.

Valeria de prouocatione. Tulit L. Valerius Consul cum M. Horatio, Anno CCCIII. Ne quis ullum magistratum sine prouocatione crearet: qui creasset, eum iusq; fasq; esse occidi, néue ea cædes capitalis noxæ haberetur. Liuius lib. 3. Dionys. 10. Eodem anno lata fuerat Duilia, qua de Consulibus tantum cauebatur. Vide Horatia.

Valeria de prouocatione. Tulit M. Valerius COS. cum Q. Appuleio, Anno CDLIII. Ne quis qui prouocasset, uirgis cæderetur, securiue necaretur: si quis aduersus ea fecisset, improbe facturum. Liuius lib. 10. Diligentius, inquit, quam aliæ sancta est. tertio tum post Reges exactos lata, semper à familia eadem.

Valeria de ære alieno. Tulit L. Valerius Flaccus COS. cum C. Cinna in Marij demortui locum sufficitus, Anno DCLXVII. Ut creditoribus quadrans solue retur. Paterculus lib. 2.

Valeria de Syllæ dictatura. Tulit L. Valerius Flaccus Interrex à Senatu proditus, destituta Consulibus ciuitate Carbone & Mario interfectis. Ut L. Sylla perpetuus Dictator Reip. constituendæ causa crearetur, & quæcunq; is aut tanquam Consul, aut tanquam procon-

proconsule ges̄sisset, rata essent. Cicero Verrin. 4. int.
Rullum, Appian. De bell. ciuil. I.

Valeria de proscriptis. Tulit idem. Ut eorum bona ueneant, qui proscripti sunt: aut eorum qui in aduersariorum præsidij occisi sunt. Ut proscriptiones uenditionesq; ad diem Cal. Iuniarum fiant. Cicero pro Sex. Roscio. ubi contumeliose in Syllam, utrum Valeria an Cornelia dicenda sit, nescire se scribit. In Verrina 3. caput Corneliae memoratur. Ne quis testamento proscriptum iuuaret. Sed ego neq; à Valeria, quæ nomine sic dicebatur, cum re ac ueritate esset Cornelia; id abiudico: neq; ad uerba, sed sententiam legis id ref ero. nam si aqua & igni eis interdictum erat, nihilo magis testamento, quam inter uiuos eis largiri licebat.

Valeria de iure ciuitatis. Tulit Q. Valerius Tribunus pl. L. Martio, Sex. Julio C O S S. Anno D C LXII. Ut de ijs qui socios ius ciuitatis appetentes clam palamue iuuissent, quæstio haberetur. Appianus libro De bello ciuil. I.

Valeria de defectione militum. Tulit M. Valerius Corvus Dictator, Anno CD XII. Ne cui militum secessio quam metu supplicij fecerant, quum de Ca pua quæ ipsorum præsidio commissa erat occupanda conspirassent, eorumq; consilium detectum esset, fraudi esset. Liuius lib. 7.

Valeria

Valeria de iure suffragij. Tulit C. Valerius Tappo Tribunus pleb. Valerio, Liuio COSS. Anno DLXV. Ut Formianis, Fundanis, Arpinatibus suffragij latio (nam antè sine suffragio habuerant ciuitatem) es- set. Liuius lib. 38.

Varia maiestatis. Tulit Q. Varius propter ob- scurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus, Trib. pl. aduersus intercessionem collegarum. Ut quæreretur de ijs quorum opera consilio ue socij contra populum Ro- arma sumpsisserent. Asconius in Orat. Pro Scauro, & pro Cornelio: & in ijsdem Tullius. Val. Max. lib. 8. cap. 6. Cicero Tuscul. 2. & in Bruto.

Vatinia de Cæsaris prouincijs. Tulit P. Vatinius Trib. pl. C. Cæsare, M. Bibulo COSS. Anno DCXCIII. Ut C. Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium sine senatus decreto, & extra sortem mandaretur. Ut ij quos in lege nominabat, Legati, sine Senatus decreto, cum Cæsare proficerentur. Ut eidem pecunia ex ærario ad exercitum attribue- retur. Ut idem coloniam Novumcomum duderet. Tranquillus Cæsare. Pro Balbo, & epist. ad Lentu- lum. Sallustius in Iugurth. Plutarchus in Vita. & præ- fertim Cicero in Vatiniana hoc loco, Eripuerisne Se- natui prouinciae, & cet. quo ex loco coniecturam ca- pio illum in media Oratione corruptum esse, ubi sic legitur, Eripuerisne partes illo tempore charissi- mas, partim à Cæsare, partim à publicanis: legendumq; Partim

Partim à Senatu. Ut partes intelligantur subministranda pecuniae, cum Senatus aerarij dispensationem haberet, publicani saepe Remp. pecunia iuuarent. Mendum ex nota Se. ortum uidetur, pro qua imperitus scriptor Cæsare reposuit.

Vatinia de repetundis. Tulit idem. Ut qui repetundarum reus esset, ei alterna consilia reiijcere licet. Cicero in Vatin. ubi Commodorem conditionem reiectionis, pro Contentionem legendum arbitror.

Velleia de hæredum institutione. **Vide Iunia Velleia.**

Villia annalis. Tulit L. Villius Trib. pleb. L. Manlio, Q. Fulvio COSS. Anno DLXXXIII. Quot annos nati, quemq; magistratum peterent, caperentq;. Lilius lib. 40. Villius autem Carolus Sigonius uir doctiss. reposuit pro Iulius. Hanc legem significat Ouid. in Fastis, quum ait,

Iura dabant populo senior, finitaq; certis

Legibus est ætas, unde petatur bonus.

Annus autem fuit Quæsturæ quidem non ante XXVII. Tribunatus XXX. Aedilitatis XXXVII. Præture XL. Consulatus XLIII.

Viscellia de libertinis. Tulit (opinor) L. Viscellius Varro COS. cum C. Fôteio, Anno DCCLXVIII. Ne libertinis hominibus qui ius annulorum aureorum adepti

adepti non erant, eos honores qui ingenuorum proprij sunt capere liceret. Imp. l. unica, C. ad leg. Visell l. I. C.
Quando prin. act. crim. præiud. Ulpianus cap. Inst. 3.
Viscellia tamen ubiq; legitur: mendose. quum Visellio-
rum familia nota sit. cuius erat C. Visellius Varro, Cice-
ronis Consobrinus, ut constat ex Bruto.

Vnciaria lex. A Feste nominatur tantum libro
19. uideturq; Duilia Mœnia De unciario fœnore si-
gnificari.

Voconia de mulierum hæreditatibus. Tu-
lit Q. Voconius Saxa Trib. pleb. Cæpione & Philip-
po COSS. Anno DXXCIII. Ne qui census esset, uir-
ginem néue mulierem supra quadrantem suorum bo-
norum hæredem institueret: plūsue cuiquam legaret,
quām ad hæredem hæredēsue perueniret. Ne fœminæ
ultra consanguineos ab intestato succederent. Cicero
Verrina 3. De senect. De finib. 2. Dio lib. 56. Gellius
lib. 17. cap. 5. Augustin. lib. De ciuit. Dei 3. Florus in
Epit. lib. 41. Vbi Volumnius legitur pro Vo-
conius. Paulus libro Sent. 4.

g LEGVM

LEGVM, QVAE
RVM INCERTA SVNT
nomina, recensio.

LEx semunciarj foenoris. Tulit.
T. Manlio Torquato, C. Plautio C O S S. Anno
CDVI. Liuius lib. 7.

Leges de ambitu. Ne quis candidatus nomen-
clatore in magistratus petitione uteretur. Plut. in Cat.
Vtic: Ut qui competitore suum ambitus damnasset, pro
eo substitueretur. Cicero pro Sylla. Ut qui quempiam am-
bitus damnasset, eius tribum assequeretur. Cicero pro
Balbo. Ut qui de ambitu damnatus aliquem eodem criminis
damnasset, in integrum restitueretur. Cic. pro Cluentio.
Ut accusatori custos apponeretur, qui uideret, quæcūq;
ad accusationē pararet atq; ageret. Plutar. in Cat. Vtic.

Lex de militia. Ut qui ciuē ab hoste seruasset, is ab
Imperatore quercea corona donaretur. Plut. in Coriol.

Lex de carminibus infamibus. Donatus in
Terentiū, Sed quum poetæ abuti licentius stylo, & pas-
sim lædere ex libidine cœpissent plures bonos: ne quis=
quam in alterum carmen infame proponeret, lege lata,
siluere. Lex est accepta, chorusq; Turpiter obticuit,
sublato iure nocendi. Hæc Donatus, ex Horatij lib. De
arte. Idem etiam in lib. Epist. 2. ad Augustū legem ean=
dem

dem, his uersibus significat; Quintiam lex
Pœnaq; lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Describi. uertere modum formidine fustis,
Ad benedicendum, delectandumq; redacti:
Sed hanc XII. tab. legem esse arbitror, de qua Cic. lib.
4. de Rep. scribit apud August. lib. De ciuit. 2. Eas au-
tem leges peculiarem in librum retuli, quem, si Dei uo-
luntas ferat, absolutis Institut. Comm̄tarijs, perpoliam.

Lex de ciuitate Romana. Mutini Libyphœ-
niq; danda, qui quum ab Annone Carthaginensium Im-
peratore cuius præfectus fuerat dignitate sua spoliatus
esset, Agrigentum Romanis prodidit. Liuius lib. 27.

Lex de Dictatore. Ne Dictatori equum cōscen-
dere liceret. Plut. in Fabio Max.

Lex de C. Seruilio. Tulit. Cn. Seruilio,
C. Seruilio COSS. Anno DL. Ne illi fraudi esset, quod
patre qui sella curuli sedisset, uiuo, quum id ignoraret:
Tribunus pl. atq; Aedilis pleb. fuisset, contrà quam san-
cītum legibus erat. Fuerat autem C. Seruilius pater annos
X. apud hostes Boios captiūus. Liuius lib. 27. & 30.

Lex de comitijs. Ne in comitijs magistratuū ab-
sentum ratio haberetur. Sueton. & Plutar. in Cæsare.

Lex agraria paulò post C. Gracchi necem lata,
τὴν γλῶς ὑπὲρ ἡς οἱεφέροντο, ἐξεῖναι τιμράσων τοῖς εἰ-
χόσιν. ἀπείρητα γὰρ ἐν γράμμα τῷ προτέρῳ ναὶ τόδε. id

g 2 est

est, ut liceret ijs qui agrum lege Sempronia possidebat, uendere. Hoc enim lex Ti. Gracchi uetabat. Appian. lib. De bello ciuil. 1.

Lex lata Papirio, Caruilio COSS. An. CDXL. Ut qui iuniorū non cōuenisset ad Imperatoriū edictū, quiq; iniussu abisset, caput Ioui sacratum esset. Liuius lib. 10.

Leges de comitijs. Ne is qui comitijs præcesset, sui rationem in magistratu petendo haberet. Liuius lib. 10. Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appelle. Cicero De legib. lib. 3.

Lex ut rei frumentariae procuratio Sex. Clodio adempta Cn. Pompeio mandaretur. Cic. Pro domo sua. Plut. in uita. Dio lib. 39.

Lex de repetundis. Ut euntibus in prouincias inquirendi in eos caufsa, quos repetundarum reos fecerant, certus comitum numerus esset. Ut literæ ex prouincia deportatæ triduo ad Prætorē deferrētur, iudicūmq; signis obsignarentur. Ut accusatori sex tantum horæ darentur. Cicero pro Flacco, ubi recentem hanc legem appellat. unde apparet inter Corneliam et Iuliam aliquam fuisse: cum id de neutra intelligi possit.

Lex apud Romanos. Ut neq; liberaneq; serua biberet uinum, neq; uerò clarorum uirorum quispiam à pube usq; ad XXXV. annum. Aelianus lib. 2.

Lex de magistratibus. Ut numerus liberorū in candidatis præpolleret. Cornel. Tacit. lib. 2. Videtur legis

legis Papiae Poppeae pars fuisse.

L. de sacerdotijs. Ne duo ex eadem gente idem sa
cerdotium haberent. Dio lib. 39.

L. pecuniaria. Ne quis in argento uel auro plus
LX. HS. possiderent, quam legem Iulius Cæsar II. COS.
confirmauit. Dio. 41.

Lex de Quæstoribus. Ut Quæstorib. anno con
fecto redire ex prouincia liceret. Plut. in Gracchis.

Lex de militia. Ut ciues R. annos X. cum usus
Reip. postularet, militarent. Plutarch. in Gracchis.

Lex, qua Flaminica Dialis sacrorum causa in pote
state uiri, cætera promiscuo iure ageret. Tacit. lib. 4.

Lex quæ sumptum sepulchrorum definiebat, et qui
cum modū superasset, tanta pecunia quantā præter mo
dum impendisset, multabat. Cic. ad Att. lib. 12. epist. 33.

Lex, P. Scipione, C. Liuio COSS. lata per unū è Tri.
pl. Anno DCVI. Ut Belli Punici secundi administratio
P. Scipioni Consuli mandaretur, ut ex delectibus supple
mentum conscriberet, uoluntarios quotquot posset à so
cijs acciperet, et ad reges ac ciuitates literas daret inscri
ptas populi Ro. nomine. Appian. De bell. punicis.

Lex Castrensis apud Romanos. Quæ pro
desertore habet, si quis ulterius secedat, quam unde si=
gna audiri possint. Appian. in Libyco.

g 3 Lex

Lex de Tribunis pl. Εἰ δῆμαρχος ἐνδέοιται
παραγγελίας, τὸν δῆμον ἐν πάντων ἐπιλέγεσθαι. Ut
si Tribunus nōdum promissa præstiterit, eius imprimis
ratio à populo Comitijs Tribunitijs habeatur. Appian.
De bell. ciuil. I.

Lex de triumpho. Ne quis triūpharet nisi qui
hostium quinq; millia una acie cecidisset. Val. Max. lib.
2. cap. 3. & Dio lib. 37. Ut solis Cōsulibus & Ducibus
triumphare liceret. Plutarch. in Pomp. & Caton. Utic.
Ne qui triumphatus erat, ante triumphum urbem in
troiret. Plut. in Pomp.

Lex de trigeminis. οἱ νελεύσσα, οἱς γένονται τρι
δήμοι παῖδες, ἐν τοῖς δημοσίαις τὰς τροφὰς τῶν παιδῶν
χρηγεῖσθαι μέχρις ὥντος. Ut quibus trigemini liberina
ti erant, ijs ad alendos pueros sumptus de publico, sup
peditetur. Dionys. lib. 3. qui propter Horatiorum lan
dem, eam latam, suoq; adhuc tempore obseruatā scribit.

Lex de uacatione. Appian. De bello ciuil. lib.
2. sic scribit, οὐτοὶ δῆτι ρωμαῖοις ἐπίφοβαι, οὐτοὶ νόμῳ τῷ
περὶ αἵρεσις ερέων καὶ γεροντῶν ἐγγραφῆναι, πλὴν
εἰ μὴ νελτινὸς πόλεμος ἐπίοι, τότε ἢ καὶ γέροντας καὶ
ερέας σπατεύεσθαι. Usq; eo, inquit, Galli Romanis ter
ribiles & formidolosi sunt, ut in lege de uacatione mili
tie, quæ sacerdotibus & senib. permittitur, illud ascri
ptum sit, nisi si bellum Gallicum exoriatur. tum enim et
senes & sacerdotes in militiam proficiunt. Liuius quoq;
lib. 8. tradit, exorto tumultu Gallico, Mamercum COS.
iussum scribere exercitū sine ulla uacationis uenia. quin
opifī=

opificū quoq; vulgus, & sellularij, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Idem præterea lib. 10. Vbi de eodem nuncio commemorat, Senatus, inquit, Iustitia indici, delectum omnis generis hominum habere iussit, nec ingenui modo, aut iuniores sacramento adacti sunt: sed seniorum etiam cohortes factæ, Libertiniq; ceturati. Plutarch. præterea in uita M. Marcelli, de Gallis loquens: ὅς μάλιστα, inquit, γωμαίοις θεῖσαι θολίσσουν, ἀτελῆ ναὶ τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν ἀποβαλόντες, ἐξ ἐνείναις ἣ ναὶ θέμενοι νόμον, ἀτελεῖς εἰναι σφατεῖας τὸς ἵερέως, πλὴν εἰ μὴ γαλαζίους πάλιν ἐπέλθοι πόλεμος. Id est, Quos maxime Romani metuisse uidetur, quippe à quibus urbe pulsi aliquando fuerant, ac iam tum legem tulerant, ut uacatio militiæ sacerdotibus esset, præterquam si rursus bellum Gallicum exoriretur. Item in Camilio: στρῶ ἢ οὐκ οἱ φόβοι οὐδὲ ιχυρὸς, ὡσε θέαται νόμον ἀφεῖδαι τὸς ἵερεῖς σφατεῖας, χωρὶς ἀν μὴ γαλαζίους ἢ πόλεμος. Id est, Tantus erat Gallorum motus, ut legem Romanu tulerint, ut sacerdotes militiæ uacationem harent, præterquam si bellum Gallicū exoriretur. Tumultu tamen, non bello Gallico, hanc fuisse consuetudinem, Cicero Philippica octaua docet, his uerbis: Grauius autem esse tumultum, quam bellum, hinc intelligi potest, quod bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. Huius legis etiam in ea pro Fonteio meminit.

F I N I S.

Pag. 15. uers. ult. pro Diodorus lege Dio.

EPIISCOP.



nach,
nach
und
bis 18
57,
nach
in den

130. mon. 7. 6. Bohin. 1. 7. 1. 8. 1. 9. 1. 10. 1. 11.
Dicitur ad hanc de partibus mundi. 1. 12. 1. 13.
fusca, et misera, et pessima, et infelix, et dolorosa
et tristitia. 115. Monachus. 1. 12. 1. 13.
Verbum Deum obsequum. 1. 14. 1. 15. 1. 16. 1. 17.
Iracula eventu irritata. 1. 18. 1. 19. 1. 20. 1. 21.
Numeri periodi. 1. 22. Historia plena ascensionis Christi
Terror monarchorum. 1. 23. Amissa regnos. 1. 24. 1. 25. 1. 26.
Maiestas a Deo. 1. 27. Turca. 1. 28. numerica. 1. 29. 1. 30.
Cyrus et Alex. 1. 31. fidei. 1. 32. faveat. 1. 33. Fugiens miri molitus
In maius incidit. 1. 34.

